DE
ASYNDETI NATURA ET APUD AESCHYLUM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
CAPESSENDOS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

TRADIDIT AUCTOR

Gustavus Bromig
RHENANUS.

MONASTERII.
EX TYPOGRAPHIA ACADEMICA ASCHENDORFFIANA.
MDCCCLXXIX.

DE ASYNDETI NATURA ET APUD AESCHYLUM USU.

DE ASYNDETI NATURA ET APUD AESCHYLUM USU.

Antequam ad ea, quae de asyndeto apud Aeschylum commemoratione digna videbantur, exponenda aggrediar, nonnulla mihi liceat praemittere de figura illa definienda et ad certa genera revocanda. Haud pauci quidem homines eruditi de hac re diserte et acute disputaverunt, sed, quum ad unum quisque scriptorem aut ad exiguum scriptorum numerum se converterent et, quae in illis observaverant, aeque ad omnes pertinere putarent, deinde vero, quum, quales loci ad hanc figuram spectarent, suo saepe arbitrio neglectis veterum grammaticorum testimoniis constituerent, vix in una re plane consentiebant. Quare videtur haud inutile esse, illorum judiciis collectis et cum veterum grammaticorum testimoniis collatis quaestionem denuo instituere.

Pars I.

Atque primum igitur agendum erit de asyndeti natura definienda.

Tres imprimis exstant recentiorum sententiae, Dissenii [1], God. Hermanni [2], Naegelsbachii [3]; ceteri enim, qui asyndeton tractaverunt, illorum vestigia secuti sunt, aut omnino de figura definienda tacent.

Dissenius quidem statuit asyndeton esse, ubicunque con-

---

[1]) Pindari carmina quae supersunt etc. commentario perpetuo illustravit Ludolph. Dissenius. Gothae et Erfordiae. MDCCCXXX. sect. I. pag. 273—282.

[2]) God. Herm. opusc. vol. VI. pag. 15—18.=Seebod. u. Jahns Jahrbücher 1831. vol. I. 1. p. 54 sqq.

[3]) Anmerkungen zur Ilias nebst Excursen über Gegenst. d. hom. Gram. Nürnberg 1834. 1. Aufl. pag. 266—280 et pag. 280—294.

junctiones omittuntur (cf. l. c. pag. 273: „asyndeton, quum particulas non praebeat, quibus nexus sententiae indicetur", sqq.), Hermannus deinde, postquam in adnotationibus ad Hom. hymn. in Vener. v. 177 [1]) brevius rem perstrinxit, l. c. pag. 15. in judicanda Dissenii sententia haec disputat: „Was ist nun das Wesen des Asyndeton ganzer Sätze? Ein mit dem vorhergehenden nicht verbundener Satz erscheint als Anfang der Rede: denn das ist das Wesen der Unverbundenheit. Wenn also das Asyndeton eine Redefigur und nicht ein Fehler sein soll, so kann es nur da Statt haben, wo ein im Fortgange der Rede befindlicher Satz als Anfang der Rede gelten kann. Dies kann aber nur da eintreten, wo ein Theil der Rede anhebt, der rhetorisch für sich als ein Ganzes gelten kann." Vituperat deinde Dissenium, quod etiam eos locos figurae adscripserit, ubi nexus sententiarum aliquo modo indicatur pronomine aut adverbio posterioris enuntiati ad priora respicientibus.

Naegelsbachius denique haec in fine disputationis subtilissimae proponit (l. c. pag. 279): „Das wahre Asyndeton (das durch den Character der Rede und nicht durch das Gedankenverhältniss der Sätze bewirkt wird) ist diejenige Aufeinanderfolge zweier grammatisch, logisch und rhetorisch coordinirter, anderweitig unverbundener Sätze, vermöge welcher die vorhandene Succession der in denselben enthaltenen Vorstellungen aufgehoben und für die Phantasie in ein Zumal verwandelt erscheint." De iis igitur solis locis cogitat, qui similitudinem aliquam praebent cum notissimo illo Caesaris: veni, vidi, vici [2]).

Haec fere a recentioribus afferuntur. Accurate vero si rem dijudicare volumus, colligenda sunt veterum grammaticorum, quae de figura illa exstant, testimonia; ab illis enim nomen figurae ad nos traditum est, ex illis igitur erit quaerendum, quosnam locos hoc nomine complexi sint. Atque liceat mihi breviter omnes enumerare, qui mihi noti sunt, quum apud neminem e recentioribus accurate collectos videam. [3])

Sunt hi fere e Graecis: Aristoteles, rhet. III, 6. 12. 19.

---

[1]) Homeri hymn. et epigrammata ed. God. Hermannus. Lipsiae 1806.

[2]) Sueton, Jul. 37: Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum: veni, vidi, vici, non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam.

[3]) Plurimos afferunt: Ernestius: lexic. technol. graecae et latinae. — Volkmannus, Rhetorik der Griechen und Römer. Berlin 1872. — Dzialas, rhetor. ant. de figuris doctrina. Pars prior p. 14. Progr. gymn. Vrat. 1869.

Plutarchus, quaest. Platon. (moral. pag. 1010 F., ed. Wittenb. V, pag. 113 sqq.) Theon ap. Walz. I, 196. Alexander Numen. ap. Walz. VIII, 469 sqq. Phoebammon ibid. VIII, 498. anonymus alter de figuris ib. VIII, 711. Hermogenes ib. III, 415. Herodianus ib. VIII, 607. Philostratus, vit. sophist. ed. Boisson. 1, 16, 5. Gregorius Corinthius ad Hermogenem ap. Walz. VII, 1210 sqq. Longinus de sublimit. XIX. Tiberius rhet. ap. Walz. VIII, 567 sqq. Apsines ed. Bak. pag. 41, 20. Jo. Glycas ed. Jahn. pag. 35, 31. 36, 3. 48, 35. 52, 33. 53, 27. 54, 11. Photius V. 3, 14. Eustathius ad Iliad. B 353. Z 469. I 158. Schol. ad Odyss. ap. Cramer. anecd. Paris. III, pag. 436, 12. Schol. ad Soph. Oed. R. 350. Antig. 425. 599. Schol. ad Aristoph. Vesp. 58.

E Latinis: Cicero orat. 39, 135. orat. partit. 6, 21. Auct. ad Herenn. 4, 30, 41. P. Rutilius Lupus I, 15. Quintil. 9, 3, 50. Pompeji commentum (Keil gr. lat. V. p. 264 sqq.) Aquila Romanus (Halm. rhet. lat. min. pag. 35, 9). Rufinianus (Rutil. Lup., Aquil. Rom., Rufinian. ed. Frotscher. Lips. 1831.) p. 252. Donatus de schematibus pag. 1774. id. in commentario ad Terent. adelph. III, 4, 24. Fortunatianus (Halm. l. c.) p. 126, 13. Poeta anonym. v. 55. Charisius (Putsch.) p. 251. Diomedes (ibid.) p. 440, 442. Mart. Capella (Halm.) p. 482, 19. Isidorus Hispal. origin. I, 35, 20. Beda Venerab. (Halm.) p. 611, 14.

Quibus testimoniis, si accuratius singula inspicies, facile videbis rem nec plane absolvi nec semper satis perspicue tractari. Atque e nonnullis nullam omnino percipimus utilitatem ad rem dijudicandam, cetera autem quae afferunt, si breviter complecteris, haec prodit definitio: ***Τὸ ἀσύνδετον σχῆμα*** (vel *διάλυσις* ap. Herodian. l. c. pag. 603 et Rutil. Lup. l. c. I, 15.; dissolutio; solutum ap. Aquil. Rom.; inconnexio ap. Rufinian.) nascitur, ubicunque *οἱ σύνδεσμοι* (conjunctiones) omittuntur sive demuntur. Sic Aristot. *ὥστ᾽ ἐὰν ἐξαιρεθῇ (ὁ σύνδεσμος) κτλ.*, Plutarch. *συνδέσμων ἐξαιρεθέντων κτλ.*, Theon *ὅταν τοὺς συνδέοντας τὴν φράσιν συνδέσμους παραλείπωμεν*, Cic. orat. l. c. demptis conjunctionibus, auct. ad Herenn. conjunctionibus verborum e medio sublatis.

Jndicatur autem verbis „*ἐξαιρεῖν*, *παραλείπειν*, demere“ talibus locis per leges grammaticas conjunctiones posse inseri. [1])

---

[1]) Eam omnino esse naturam figurae cujuslibet, quae a vulgari dicendi ratione discedat, docemur verbis Herodiani ap. Walz. III. pag. 594: *σχῆμά*

Hanc definitionem secuti cum Dissenio sine dubio etiam eos locos ad hanc figuram referemus, quos Hermannus, Naegelsbachius al. ejiciunt, eos dico, ubi in enuntiato sine particula adjecto inveniuntur pronomen aut adverbium pronominale, quae ad priora respiciunt, aut ubi figura, quae dicitur *ἀναφορά* [1]), nexus singulorum membrorum effici videtur. Et sane *ἀναφορᾶς* exempla complura a veteribus asyndeto adscribuntur, sic a Plutarcho l. c. ex Demosthene XXI, 72: *ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης· ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν κτλ.*, fortasse etiam Aristoteles locum, quem l. c. III, 12. ex Homero citat, per *ἀναφορὰν* compositum esse censuit: Il *β*, 671 sqq. *Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας*, | *Νιρεὺς, Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος*, | *Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν κτλ.* [2])

Quare locos per *ἀναφοράν* compositos retinebimus; sed etiam alterum genus, de quo modo diximus, ubi adest pronomen aut adverbium pronominale. Nam quum lingua Graeca tam ingenti conjunctionum copia fruatur [3]) et Graeci illarum inserendarum tam studiosi sint, ut multis locis illis utantur, ubi non solum ex nostro, sed etiam ex ipsorum dicendi usu omitti possunt (veluti particula *γάρ* in initio orationis directae posita), certe, ubicunque desunt, quamquam aptissime inseri poterant [4]), natura orationis paullum mutatur. — Atque ne quis tales locos eam ob causam esse removendos censeat, quod

---

ἐστι λόγου ἢ λέξεως οἰκονομία μετ' εὐκοσμίας ἐκπεφευγυῖα τὴν ἰδιωτικὴν ἁπλότητα τῆς ἀπαγγελίας.

[1]) Locos per *ἀναφοράν* compositos etiam Zielius ejicit: de asyndeto apud Sophoclem. Progr. gymn. Cell. 1846.

[2]) Ubi non agitur de *ἀναφορᾷ* sed de singulari appositionis genere Homero proprio, ex quo id verbum, quod explicandum est, cum iis, quae explicandi causa adduntur, repetit. cf. Il. *β*. 837. *τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' Ἄσιος, ὄρχαμος ἀνδρῶν*, | *Ἄσιος Ὑρτακίδης, ὃν κτλ.* et v. 849 sq., deinde Herod. lib. VII, 121. et IX, 73. (cf. Kuehner. gramm. graec. ed. II. Hanov. a. 1872. II, 1. (vol. II.) §. 406 adnot. 3.)

[3]) Conferre licebit, quod Dzialas attulit l. c. s. v. *πολυσύνδετον*: hanc figuram nisi ab Hermogene (ap. Walz. III. pag. 415) a nullo Graeco grammatico commemorari, quippe quae figura Graecis singularis ornatus esse visa non sit; addas vero, agere de illa figura etiam Rutilium Lupum (l. c. I, 14.), qui teste Qrintiliano (IX, 3,102) e Gorgiae libris hausit.

[4]) Atque sine dubio ad pronomia aut adverbia pronominalia iis, quos tractamus, locis, accedere possunt conjunctiones, qua re docemur, illa verba non posse conjunctionum munere fungi, id quod nonnulli recentiores videntur arbitrari.

nullum illorum exemplum apud veteres grammaticos reperitur, pauca liceat monere de illis exemplis. E quibus haec fere dignissima sunt, quae hoc loco commemorem: apud Aristot. *ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην* et *ἦλθον, διελέχθην, ἱκέτευσα·* ap. Plutarch. *ἀλλ' ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας λέγει, λοιδορεῖται, βοᾷ.* ap. Zonaeum et anonym. alt. *φθάνει τοὺς ταχεῖς, σφάλλει τοὺς συνετούς, περιτρέπει τοὺς ἰσχυρούς, συστέλλει τοὺς ὑψηλούς*, ap. Herod. Od. K. 251, de quo mox nonnulla monebimus. ap. Diomed. veni, vidi, vici et s. v. *διάλυτον*, venimus, vidimus, placuit (cf. Isidor. l. c.) et „pertulit cogitavit", ap. Rufinian. „consiliunt, partim galea clypeoque resultant | Irrita, deflexit partim stringentia corpus (Verg. Aen. X, 331 sq.), ap. Aquil. Roman. „exspecto vim edicti, severitatem praetoris, faveo aratori, cupio octuplo damnari Apronium (cf. Mart. Capell. l. c.); imperativi denique ap. auct. ad Herenn. „gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus, ap. Diom. s. v. *διάλυτον*: alii navalibus ite, | Ferte citi flammas, date tela, impellite remos (Verg. Aen. II, 263.) cf. Isidor., ap. Bedam „jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus, dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua." Non omnia asyndeti genera in illis tractantur, sed quae forte grammatici animo obversabantur et ad rem illustrandam apta erant, adscripsit, raro respiciens ad poetas, plerumque ad oratores, qui asyndeton eximie excoluerunt. Sic nullum adjectivorum enumeratorum locum afferunt, quamquam eos etiam ii, qui aliam in universum figurae definitionem proposuerunt, veluti Naegelsbachius [1]), ad asyndeton referunt.

Neglectis igitur veterum exemplis diversis teneamus definitionem ab omnibus fere eandem datam.

Deinde quae veteres de asyndeti vi diversis locis adno-

---

[1]) Complura vero alia a veteribus asyndeto tribuuntur, quae Naegelsbachius certe rejiceret. Sic Herodianus l. c. affert hunc locum Homericum: Od. K. 251. *ἴομεν ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμά, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ. | Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλά*, atque tales locos, ubi posterius enuntiatum continet verbum *εὑρίσκειν* ad verbum *βαίνειν, ἰέναι* simm. prioris enuntiati respiciens, Naegelsbachius l.c. pag. 275. a vero asyndeto alienos esse vult, de qua re postea agemus suo loco. Deinde vero loco Lysiae ab Aristotele (l. c.) citato *εἴρηκα, ἀκηκόατε, ἔχετε, κρίνατε* nemo certe celeriorem orationis cursum esse contendat, qui secundum Naegelsbachium vero asyndeto proprius est; immo quiete singula cum summa gravitate et instantia pronuntiantur, ut perorationem decet. Atque alios hujusmodi locos permultos erues veterum exempla perlegens.

tant, pertinent ad ea, quae quisque affert, exempla; nusquam vero agunt de vi hujus figurae generali. Gravissima vero ad hanc rem testimonia sunt haec: Aristot. l. c. III, 12. *ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη, ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη. — τὰ ὑποκριτικὰ ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως οὐ ποιοῦντα τὸ αὐτῶν ἔργον φαίνεται εὐήθη, οἷον τά τε ἀσύνδετα κτλ.* et l. c. III, 19. *τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ.* Plutarch. *λόγος δὲ συνδέσμων ἐξαιρεθέντων πολλάκις ἐμπαθεστέραν καὶ κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν· διὸ καὶ σφόδρα τὸ ἀσύνδετον σχῆμα παρὰ τοῖς τὰς τέχνας γράφουσιν εὐδοκιμεῖ· τοὺς δὲ ἄγαν νομίμους ἐκείνους καὶ μηδένα σύνδεσμον ἐκ τῆς συνηθείας ἀφιέντας ὡς ἀργὴν καὶ κοπώδη τῷ ἀμεταβλήτῳ τὴν φράσιν ποιοῦντας αἰτιῶνται.* Gregorius Corinthius deinde, quae Hermogenes exposuit: *τὸ μὲν μετὰ συνδέσμων πραγματικὸν πλῆθος ἢ μέγεθος (ἐργάζεται)· τὸ δὲ ἄνευ συνδέσμων λεγόμενον ἠθικόν ἐστι,* sic explicat: *τὸ μετὰ συνδέσμων πραγμ., φησὶ, πλῆθος ἢ μέγεθος ἐργάζεται, τουτέστι πραγμάτων πλῆθος καὶ μέγεθος. Τὸ δὲ ἀσύνδετον ἠθικόν ἐστι, τουτέστιν ἀνειμένον καὶ ἀφελὲς, ἢ ἠθικὸν ἔφησε τὸ τὸ ἦθος ἐμφαῖνον σύντονον καὶ ἐναγώνιον.* Quibus hoc videtur exprimere: ubi particulae inseruntur (in enumeratione) res ita describuntur, sicuti re vera sunt, particulis omissis indicatur acriter commotus ejus, qui loquitur, animus. [1]) Pergit deinde: *δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀσύνδετον ἁρμόζει τῇ διηγήσει, οἷον ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, καὶ ὅτε πάθος ἐξαγγέλλομεν κτλ.* Apsin. *τάχους φαντασίαν ποιεῖ τὸ ἀσύνδετον.* Longin. *ἄπλοκα ἐκπίπτει καὶ οἱονεὶ προχεῖται τὰ λεγόμενα, ὀλίγου δεῖ φθάνοντα καὶ αὐτὸν τὸν λέγοντα.* Auct. ad Herenn. hoc genus et acrimoniam habet in se et vehementissimum est et ad brevitatem accommodatum. Quintil. (dissolutio est) apta, quum quid instantius dicimus, nam et singula inculcantur et quasi plura fiunt. Aquil. Roman. facit autem figura haec et ad celeritatem et ad vim doloris aliquam significandam, in qua plerumque, quum commoti sumus, hoc modo incidere solemus cet.

Nos vero exeamus a definitione veterum. Concedimus

---

[1]) Subtilius vero videntur disputare Gregor. Cor. et Tiber. paullo post: Greg. *καὶ ἔστι τὸ μὲν κατ᾽ ὄνομα καὶ κατὰ κόμμα ἀσύνδετον τῆς γοργότητος, τὸ δὲ κατὰ κῶλον τῆς λαμπρότητος.* Tib. *τῷ σχήματι κέχρηται (Δημοσθένης) ἢ κατ᾽ ὄνομα εἰς πλῆθος ἢ κατὰ κῶλον εἰς κάλλος, ἢ κατὰ κόμμα εἰς ἐνέργειαν, ἢ κατὰ τόπους εἰς λαμπρότητα.*

Hermanno l. c. „Ein mit dem vorhergehenden nicht verbundener Satz erscheint als Anfang der Rede.“ Unde sic quaestionem persequimur: in initio orationis ea res collocatur, quae majoris esse debet momenti; nam animus ejus, qui audit, ubi nova res infertur, est attentissimus, ita ut illa bene percipiatur. Quare si quis aliquam rem efferre et urgere volet, eam ita proferet, ut in initio orationis collocata sit, omittet igitur omnia, quibus haec res cum prioribus necti possit.

Statuamus autem haec genera asyndeti.

I.

Adsunt pronomina aut adverbia pronominalia. De quibus locis recte sensisse videtur Dissenius, qui l. c. pag. 282. sic disputat: „Observare licet Pindarum in continuatione narrationis persaepe pronomen demonstrativum *ἀσυνδέτως* cum vi ponere, ubi vel relativum adhibere, vel *οὖν* addere, vel mutata constructione *δέ* inferre, vel alio modo arctius nectere enuntiationes poterat, si voluisset. — Placet demonstrativum ubique alacritate, vigore majore, quum aliae juncturae atque etiam relativi frequentior usus prosae orationi magis conveniat.“ Exempla hujus generis et reliquorum postea dabimus.

II.

Deinde erunt tractandi ii loci, ubi nulla omnino vox est, quae singula conjungat, enuntiationes autem ipsae per sententiam arctissime cohaerent.

Hic quoque nobis videtur vis posterioris enuntiati augeri conjunctionibus omissis.

Complura licebit statuere genera.

a.

Atque primum quidem huc pertinere videtur genus, quod recentiores vocant explicativum, cujus naturam Dissenius l. c. pag. 273 sic describit: „res universe vel indirecte aut obscurius indicata explicatur accuratius.“ Quibus locis sane momentum posterioris enuntiationis urgetur omissis particulis; neque enim mihi videntur conformati esse ad similitudinem substantivi per appositionem ad aliud substantivum adjecti, „die Explication ist schon im appositionellen Verhältniss gegeben, dessen eigenstes Wesen eine Kraft der Erklärung in sich schliesst.“ (Naegelsb. lat. Stil. pag. 398.)

b. c.

Deinde huc spectant ii loci, ubi altera enuntiatio causam, altera consecutionem continet; praecedit aut haec aut illa. Quorum naturam aeque atque equidem explicat Kuehnerus (l. c. II, 1. pag. 862. 5. a. α.) „der hinzutretende Gedanke wird als ein neues, wichtiges Moment der Erzählung hervorgehoben.“

d.

Sententia generalis quaedam ad ea quae antecedunt confirmanda et illustranda saepissime sine conjunctionibus apponitur, maxima enim est illius vis, quum universam legem contineat, quae rem antea tractatam et omnes illi similes complectitur.

e.

Addere liceat id genus, cujus locum Dissenius ibi esse dicit (l. c. pag. 278) „ubi graviter finitur“. Quo etiam Naegelsbachii verba referre velim (l. c. in exc. ad Il. pag. 278.) „das Asyndeton wird vom logischen Uebergewicht des zweiten Satzes dadurch hervorgerufen, dass der ἀσυνδέτως angefügte Satz ein Resultat, eine Summa ausspricht.“

f.

Deinde huc spectat genus, quod dicunt adversativum. De quo minus recte mihi videtur disputasse Naegelsbachius (ad Il. pag. 271): „die Verbindung ist enger durch das gegenseitige Verhältniss geschlossen, als durch eine Partikel geschehen könnte.“ Nam ubi particulam addo, sine dubio nexus fit arctior, manet enim is qui efficitur ratione, quae inter singula enuntiata intercedit, accedit particula, illius signum. Rectius fortasse sic potest res explicari: asyndeto vis posterioris enuntiati augetur, itaque quum, quanam ratione enuntiationes contineantur, posteriore demum addito eluceat, necesse est momento posterioris aucto vim totius loci augeri.

Pauca hic commemoranda sunt de sententia quadam Naegelsbachii, primo obtutu fortasse satis mira contra quam pugnat Zielius l. c. p. 13). Affert ille nonnullos locos Homericos, quorum naturam sic describit (l. c. pag. 270): „die Verbindungspartikel verschwindet gewaltsam vor dem Gegensatze, der sich der nachdrücklichsten Stellung im Satze bemächtigte.“ Singula exempla, quae adjecit, si accuratius perlustrabis, com-

plura reperies, ubi alterum enuntiatum explicationis causa additur, veluti Od. κ, 47. *βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων· | ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν*, nonnullis aliis invenimus pronomen adjectum, veluti Il. β, 50—52. *αὐτὰρ ὁ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσεν | κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. | οἱ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα*, in aliis adest conjunctio, veluti Od. β, 257—259. *ὣς ἄρ' ἐφώνησεν, λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν. | οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὰ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος, | μνηστῆρες δ' κτλ.*, restant vero sane nonnulli loci, ubi nobis propter majus momentum rei particula omissa esse sine dubio videtur.

g.

Jam pergimus ad genus a Naegelsbachio, ut videtur, primo descriptum. Affert ille locum Homeri, Il. ρ, 50. *δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. | αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο*, quem sic illustrat: „Wir haben hier in drei Hauptsätzen drei Züge aus einer Schilderung, somit grammatisch coordinirte und ohne die Hast der Leidenschaft gesprochene Sätze; und doch ist nicht mit *αἵματι δὲ* fortgefahren worden. *Δέ* fehlt, weil die Gleichstellung des *αἵματί οἱ δεύοντο* mit dem *ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ* keine vollkommene ist. Mit *δέ* wäre der dritte Satz ruhige Vollendung der angefangenen Beschreibung; ohne *δέ* fortgeführt ist dieselbe in der Mitte zerrissen, und das Gemälde vollendet sich durch einen die vorhergehenden Angaben überbietenden Zug, der als instar der Entstellung des Todten dasteht." Redit igitur Naegelsbachii explicatio ad ea, quae nos in universum de vi enuntiationum sine particulis positarum diximus.

h.

Restant denique loci nonnulli, quorum naturam Dissenius (l. c. p. 274) sic adumbrat: „eadem res cum vi repetitur aliis verbis." Exempla ab eo data accuratius perlustrans, locum Pind. Ol. I, 52. *ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν. ἀφίσταμαι.* generi a nobis litera c. signato tribues, inseri enim possint: *διὰ τοῦτο* (*ἀφίσταμαι*). Alium locum, Ol. IX, 40. *μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτ'. ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν χωρὶς ἀθανάτων* ad genus explicativum referes. Similiter totum genus videtur describere Kuehnerus (l. c. pag. 865): „ein vorhergehen-

der Gedanke wird so mit anderen Worten wiederholt, dass das vorher im Allgemeinen Ausgesagte näher erörtert wird." Addit vero: „In der Dichtersprache wird aber die Wiederholung desselben Gedankens mit anderen Worten ohne vermittelnde Conjunction oft mit rhetorischem Nachdrucke angewendet." Et sane plurimos id genus locos ad similitudinem explicationis conformatos esse certe negabimus. Inveniuntur imprimis in poesi lyrica et in choricis cantibus tragoediae, ubi in re aliqua gravi exponenda poetae commorantur. Repetunt sine dubio eandem sententiam aliis verbis, sed quum conjunctiones omittant, quodvis novum enuntiatum novam rem continere videtur, eadem igitur res, saepius sic repetita, mirum in modum effertur et urgetur, id quod poetae maxime petunt. Hujus generis natura proxime accedit ad naturam ejus, quod mox tertio loco tractabimus. Male rem tractat Zielius (l. c. pag. 7) „nec magis id mirum (scil. quod copula omittitur), in repetitione totius sententiae aliis tantum verbis circumscriptae, in qua admittitur asyndeton (ut h. v. utamur) ad analogiam singuli verbi iterati."

Haec fere sunt genera quae ad hanc quaestionis partem spectant; inter quae si fortasse nonnulla esse omissa arbitraberis, facile ad unum eorum, quae nos dedimus, poterunt referri. Neque enim id nobis proposueramus, ut omnia quam accuratissime enumeraremus, sed ut eis, quae quam luculentissime rem illustrarent, breviter allatis demonstraremus, quomodo tota res nobis videretur esse tractanda.

Jam si respicis ad ea quae disputata sunt, vides omnes locos versari in oratione quietiore, effici vero asyndeto, ut alicujus rei vis urgeatur, deinde ut evitetur, quod homines grammatici vituperant (cf. Plutarch. l. d.): *τοὺς δὲ ἄγαν νομίμους ἐκείνους καὶ μηδένα σύνδεσμον ἐκ τῆς συνηθείας ἀφιέντας ὡς ἀργὴν καὶ κοπώδη τῷ ἀμεταβλήτῳ τὴν φράσιν ποιοῦντας αἰτιῶνται.*

III.

Venimus jam ad eos locos, ad quos plurima veterum exempla pertinent, inter quos etiam eos inveniemus, quos Naegelsbachius solos ad hanc figuram refert. Agitur jam de illo asyndeti genere, ubi complura enuntiata, quae nullo alio nexu inter se cohaerent, quam qui particula *καί* exprimi possit, solute unum ad alterum apponuntur. Atque Naegelsbachius quidem

in his omnibus locis inesse vult vehementem et concitatum orationis cursum. Sed sua ipsius natura asyndeton omnino non pertinet ubique ad talem celeritatem; nam ubi conjunctionem omitto nascitur pausa, oratio fit abrupta, saepius interrumpitur, nec tamen celeriore flumine fertur. Permultis locis, ubi in narrando complura enuntiata solute ponuntur, oratio minime est velox sicuti etiam iis locis, ubi complures voces sine particulis enumerantur. Efficitur vero asyndeto, ut singula membra, sive enuntiata sive voces, magna cum vi efferantur, de qua re conferas, quae supra citavimus e veterum grammaticorum de asyndeti vi adnotationibus (veluti e Quintiliano: dissolutio est apta, quum quid instantius dicimus, nam singula inculcantur). — Hanc ob causam Aristoteles monet asyndeti locum esse in peroratione (*τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ*), nam ibi summa totius orationis est repetenda et comprehendenda maxima cum vi, deinde vero etiam maxima cum brevitate. Atque etiam huic brevitati asyndeton, quum conjunctionibus omissis nihil afferatur, nisi quod solum re vera proferendum est, quam maxime est aptum (cf. auct. ad Herenn. hoc genus est ad brevitatem accommodatum.) E qua brevitate saepe, ubi res narratae poscunt, nascitur celeritas. (cf. Aquil. Roman. facit autem figura haec et ad celeritatem significandam.) Neque aliter asyndeto utitur Caesar in notissimo illo: veni, vidi, vici. Denique figura maximum habet ambitum in oratione commota, quippe quae id maxime petat, ut summa cum instantia et vehementia omnia proferantur. Huc referas verba Plutarchi: *λόγος δὲ συνδέσμων ἐξαιρεθέντων πολλάκις ἐμπαθεστέραν καὶ κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν.* Gregor. Corinth. *δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι τὸ ἀσύνδετον ἁρμόζει τῇ διηγήσει, οἷον ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, καὶ ὅτε πάθος ἐξαγγέλλομεν.* Aquil. Rom. facit haec figura ad vim doloris aliquam significandam, in qua plerumque, quum commoti sumus, hoc modo incidere solemus cet.

Has ob causas asyndeton excoluerunt imprimis oratores, deinde auctores tragoediarum et comoediarum. Cetera hujus figurae genera, de quibus supra egimus, inveniuntur saepissime etiam apud rerum scriptores et apud poetas epicos, a quorum dictionibus hoc genus, cui major vehementia est propria, fere ubique alienum est. [1])

---

[1]) Atque etiam apud Lysiam, cujus dicendi genus quam maxime a vehementia et granditate abhorret (cf. Dionys. Halicarnass. ed. Reiske V. p.

Exempla veterum hic denuo afferre est longum. —

Hactenus quum de enuntiatis *ἀσυνδέτως* positis disseruerimus, breviter liceat singula verba hoc modo unum ad alterum adjecta tractare. A veteribus afferuntur substantiva, pronomina (Plutarch. *ἄλλος, ἄλλος* Il. 18, 536), participia, enuntiata secundaria sicuti substantiva enumerata (apud Rufinianum: denique quid vesper serus vehat, unde serenas | Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster, | Sol tibi signa dabit.) (Verg. Georg. I, 461 sqq.)

Atque primum quidem monendum est, non ubicunque talia verba sine copulis enumerantur, esse orationem commotam veluti apud Aristotelem rhet. I, 1. p. 1355 b. *τοῦτό γε κοινόν ἐστι κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν πλὴν ἀρετῆς, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν χρησιμωτάτων, οἷον ἰσχύος ὑγιείας πλούτου στρατηγίας;* neque quisquam epitheta quae dicuntur ornantia sine copulis posita soli vehementiori orationi esse propria contendat.

Sed ita fere se res habet. In vulgari dicendi genere, ubi complures res enarrantur, solent particulae omitti inter priora membra, postremum adnecti particulâ; inter duo igitur membra sola copula plerumque ponitur. Illae enim particulae minime necessariae sunt quum facillime suppleantur, deinde vero, si insererentur non dico retardarent vehementem vigorem, sed leniter fluentem sermonem onerarent. Ubi tamen inseruntur, nascitur figura, quae *τὸ πολυσύνδετον σχῆμα* vocatur. Denique vero particulis, quae facile cogitando supplemus, omissis oratio fit alacrior et venustior, singula vero membra nude posita inculcantur et animo inhaerent; copulis ubique immissis oratio fit grandis et gravis. [1]) De numero membrorum Naegelsbachius in exc. de part. asynd. pag. 289 sq. sic fere disputat. „Si ad primum membrum alterum per copulam adjungo, exspectatio animi quae in quavis enumeratione nascitur, expletur, ita ut inquietudinem requies excipiat. Si copula omittitur, pergis

---

482. (de Lysia judic. cap. 13.) *ὑψηλὴ δὲ καὶ μεγαλοπρεπὴς οὐκ ἔστιν ἡ Λ. λέξις, οὐδὲ καταπληκτικὴ μὰ Δία καὶ θαυμαστή, οὐδὲ τὸ πικρὸν, ἢ τὸ δεινὸν, ἢ τὸ φοβερὸν ἐπιφαίνουσα κτλ.* et Hermog. ap. Walz. III, pag. 381. *τῷ μὲν Λυσίᾳ κτλ. γοργότητος ὡς ἐλάχιστον ὕπεστι,*) praeter illum locum, qui ex oratione fratris ulciscendi causa habita, quam certe vehementior fervor decebat, decerptus est, talia asyndeta, si recte observavi, nusquam reperiuntur.

[1]) cf. Blass, Gesch. d. att. Beredsamkeit. Lips. 1868. I. pag. 406: „Das Polysyndeton macht durch die ausgedrückte Häufung die Rede würdevoll und grossartig, das Asyndeton durch die Zerschneidung kräftig und eindringlich."

enumerando et exspectatio animi manet. Jam si tertium membrum accedit, bene enumeratio concluditur; si non adjungitur, vigor orationis porro tendens se retro vertit „also wird das zweite Glied zwar nicht das Gegentheil des vorigen aber sein Gegensatz." – Quattuor membra deinde sic explicat, ut priora duo opponantur ceteris; prius alteri; tertium quarto. Hoc sane comprobari videtur ingenti exemplorum copia, de duobus autem membris per asyndeton positis nimis subtiliter et artificiose videtur disputare, permulti enim id genus loci asyndeto adversativo tribuendi sunt [1]), in multis aliis oratio est concitata.

Saepissime deinde locos, ubi complura membra afferuntur sine copulis, ita comparatos esse, ut etiam alias res similes, quae non afferuntur, silentio addere liceat [2]), concedo Kuehnero. Quo fortasse referenda sunt verba Quintiliani l. c. „nam et singula inculcantur et quasi plura fiunt" et Donati (comment. ad Terent. Adelph. III, 4, 24.), qui verba „(persuasit) nox, amor, vinum adolescentia" *ἀσυνδέτως* inferri dicit, ut multa videantur.

Haud raro denique res per gradationem enumerantur.

Haec fere sufficient de substantivis. [3])

Pauca deinde addam de adjectivis. [4]) Epitheta quae vocamus ornantia, solent sine copula poni, ea vero adjectiva, quae ad naturam rei describendam necessaria sunt, conjungi solent. Cujus rei causam facile eruemus ea quae de substantivis enumeratis diximus in memoriam revocantes. Adjectivis *ἀσυνδέτως* collocatis alia similia addere possis sententia totius loci haud mutata [5]), atque ea sane est epithetorum ornantium natura. Ea vero adjectiva, quae naturae a l i c u i r e i s o l i propriae

---

[1]) Copiosius de talibus locis agit Bernhardyus (wissenschaftl. Syntax der griech. Sprache. Berlin 1829) pag. 448. adnot. 96. coll. Schaef. ad Long. p. 403. Beier, ad Cic. Scaur. p. 195. Ruhnken. ad Vell. I, 4.

[2]) Kuehnerus l. c. pag. 861. „Bei einer asynd. Anreihung von Subst. oder anderen Wortarten ist zu bemerken, dass dieselbe keineswegs immer in affectvoller Rede angewendet wird, sondern gemeiniglich, wenn auch noch andere Gegenstände dazu zu denken sind."

[3]) Vix dicendum erit de iis locis, ubi postremum membrum priora complectitur, veluti: „pedites, equites, totus exercitus", aut ubi primum membrum iis quae sequuntur, explicatur, veluti: „totus exercitus, equites et pedites", aut de substantivis adversative positis.

[4]) cf. Bernhardy. l. c. p. 427. coll. Herm. ad Lith. 81. Elmsl. ad Eur. Med. 807. Oudend. ad Suet. Ner. 37. Naeg. p. 291 sq.

[5]) cf. adnotat. alteram hujus pag.

exponendae inserviunt, graviora sunt, artissime inter se et cum substantivo cohaerent, nullum sine totius sententiae detrimento possis demere. Quare haec particulis conjunguntur. Eadem vero de causa adjectiva praedicativa non per asyndeton ponuntur.

Saepius deinde adjectiva quaedam, quae vim contrariam habent unum alteri sine particula opponi ad similitudinem substantivorum, satis notum est.

Participia similiter usurpantur atque adjectiva. Singula accurate exposita invenimus in Naegelsbachii excursu (l. c. pag. 280—294.).

Quae restant, adverbia et infinitivi, vix ullam difficultatem praebent.

Omnia vero haec verba, substantiva, adjectiva, participia, adverbia, infinitivi, etiam in commota oratione *ἀσυνδέτως* ponuntur cf. Aeschyl. Prom. 687.[1]) *ἔα ἔα, ἄπεχε, φεῦ· | οὔποτ᾽ οὔποτ᾽ ηὔχουν | ξένους μολεῖσθαι λόγους εἰς ἀκοὰν ἐμάν, | οὐδ᾽ ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα | π ή μ α τ α, λ ύ μ α τ α, δ ε ί μ α τ᾽ ἐμὰν | ἀμφάκει κέντρῳ ψήξειν ψυχάν·* qui locus, ut et sententia et compositione metrica docemur, quam maxime concitatum orationis cursum praebet.

---

[1]) Versus Aeschyleos citavi ex Dindorfii poetarum scenicorum editione quinta = Aesch. fab. sup. et perd. fr. ex ree. G. D. Lips. MDCCCLXIX.

Pars II.

Sic ubi in universum de asyndeti vi atque natura disputavimus, videamus, quibus legibus Aeschylus hujus figurae usum temperaverit. Agemus vero de enuntiatis solis, conferentes quae Naegelsbachius de Homero, Dissenius de Pindaro, Zielius de Sophocle ll. cc. monuerunt. Sic etiamsi fortasse non in omnibus rebus accuratissime horum scriptorum dictiones perspicientur, tamen aliquatenus adumbrabimus poesis epicae, lyricae, tragicae in enuntiatis solute ponendis proprias rationes.

Attulimus vero ex Aeschylo eos solos locos, qui a gravioribus mendis esse liberi videbantur.

Singula denique figurae genera eodem quo antea ordine tractabimus.

I.

Primum igitur dicemus de iis locis, ubi particulae omittuntur, adsunt vero pronomina aut adverbia pronominalia. Quod dicendi genus, quum quam minimum a vulgari sermone discedat, orationi vero ipsi decori sit, frequentissimum est apud omnes poetas.

Conferas ex Homero: Il. *β*, 185. *δέξατο κτλ. σκῆπτρον. | σὺν τῷ ἔβη. η*, 121. *ὁ δ' ἐπείθετο· τοῦ μὲν ἔπειτα κτλ.*, ubi pronomen et adverbium conjunguntur. Od. *ω*, 219. Od. *ι*, 193. *δὴ τότε τοὺς ἄλλους κελόμην κτλ.* Saepius apud adverbium *αὐτίκα* [1]). Interdum accedit *ἔπειτα* veluti: Od. *δ*, 506. *ε*, 44. *ζ*, 323. *λ*, 636. *μ*, 168. *π*, 407.

Addere poterat Naegelsbachius, vocem *ὥς* omissa particula *οὖν* usurpari: *ὥς φάτο* simm. (cf. Od. *α*, 381. 420. simm.), ubi oratio non ad nova progreditur, sed priora concluduntur. Nec minus frequenter, ubi poeta pergit narrando, veluti *ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ' κτλ.* Od. *α*, 125. 96. simm.)

De Pindaro quae Dissenius monet, jam supra attulimus

[1]) Naegelsbachius l. c. pag. 275. censet asyndeton ibi usurpari propter

(pag. 11.). Affert haec pronomina: *τῷ μέν*, *τὸν μέν*, *τοὶ μέν*, *τοῖσι μέν*, *τούτων*, *κείνοις* et adverbium *τόθι*. cf. Ol. I, 75. VI, 44. VII, 32 al. — Cum verbis Homericis *ὥς φάτο* denique componere licet Ol. I, 86. *ὥς ἔννεπεν*.

Eisdem fere finibus hujus generis usum circumscribit Aeschylus. cf. Prom. 869. *αὕτη κατ' Ἄργος βασιλικὸν τέξει γένος* et Eum. 459. *ξὺν ᾧ σὺ Τροίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν | ἔθηκας· ἔφθιθ' οὗτος οὐ καλῶς*. Sept. 595. 672. Prom. 807. 810. 816. al. Pers. 490. *ἔνθα δὴ πλεῖστοι 'θάνον | δίψῃ τε λιμῷ τ'*. ibid. 450. *ἐνταῦθα πέμπει κτλ.* Prom. 367. *ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε κτλ.* ib. 836. *ἐντεῦθεν κτλ.*

Deinde in enuntiatis, quibus priora concluduntur: Eum. 20. *τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς*. Prom. 112. *τοιῶνδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω*. al. Sept. 226. *ὧδ' ἔχει λόγος*. cf. Pers. 343. Ag. 1406. *τάδ' ὧδ' ἔχει*. 1661. *ὧδ' ἔχει λόγος γυναικός κτλ.*

Quibus locis permultos alios possis addere, sed omnes hic enumerare longum est; rarissime Aeschylus particulas inserit veluti *δέ* in stricta oppositione Sept. 1013. 1035.

Sophocles denique easdem leges videtur servare (cf. Ziel. l. c. pag. 5 sq.). Exempla id genus hic omnia exscribere nolo; addit vero Zielius haec (cf. l. c.) „admodum rara sunt apud Sophoclem exempla, in quibus huic demonstrativo conclusionem indicanti particula *οὖν* addita est, omnino decem, si recte observavi Antig. 1023. 751. El. 307. Phil. 1343. Trach. 1164, ib. 82. Oed. Col. 1766. Trach. 329. 1176. Aj. 28. — Saepius *καί* additur, sed et hoc pro tanta exemplorum copia fit raro." — [1])

II.

a.

Asyndeton explicativum apud omnes scriptores frequentissimum est. Ex Homero satis multa jam God. Hermannus

---

celeritatem, qua actiones, quae re vera una alteram nullo tempore interjecto secutae sint, etiam loquendo conjungi debeant. Cui explicationi obstare mihi videtur, quod voce *αὐτίκα* omnibus, quos attulit, locis versus incipit, ita ut ante illam pausa sit, cf. Il. *δ*, 5. 69. 105. *ε*, 841. *ζ*, 472. *π*, 528. *τ*, 242. Od. *κ*, 116. Nostra sententia urgetur paullum vis posterioris enuntiati, et sine dubio res voce *αὐτίκα* allata ubique est majoris momenti. Cf. etiam Od. *ζ*, 148. *ι*, 156.

[1]) Nec minus huic generi favent scriptores pedestris orationis; v. quae Kuehnerus collegit l. c. pag. 863. *β*. *γ*.

contulit ad hymn. in Ven. v. 177, alia Naegelsbachius l. c. p. 274 sq., e quibus haec sufficient: Il. β, 217. *αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. | φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα κτλ.* Od. δ, 445. *ἀλλ' αὐτὴ ἐσάωσε καὶ ἐφράσατο μέγ' ὄνειαρ. | ἀμβροσίην ὑπὸ ῥῖνα ἑκάστῳ θῆκε φέρουσα.* ξ, 246. *Αἴγυπτόνδε με θυμὸς ἀνώγει ναυτίλλεσθαι, | νῆας ἐῢ στείλαντα σὺν ἀντιθέοις ἑτάροισιν. | ἐννέα νῆας στεῖλα κτλ.* ibid. 314. *φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν· | ἐννῆμαρ φερόμην.* Od. δ, 500. λ, 315. Il. ι, 63. Aliis locis accedit particula *ῥά* (cf. Naegelsb. excurs. III. p. 210 sq.), ut etiam in oratione pedestri saepe in hac particula inest vis explicativa, cf. Xen. Cy. 1, 3. 8. et Kuehner. l. c. pag. 722 sq.

E Pindari carminibus nonnulla contulit Dissenius l. c. pag. 273 sq. Ol. I, 86. *οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσι· τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς | ἔδωκεν δίφρον τε χρύσεον πτεροῖσίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.* Ol. II, 24. *ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις | Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἳ μεγάλα, πένθος δ' ἔπιτνεν βαρὺ | κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν. | ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις ἀποθανοῖσα βρόμῳ | κεραυνοῦ τανυέθειρα Σεμέλα κτλ.* al.

Ex Aeschylo, ut brevis sim, haec tantum adscribam: Prom. 235. *ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'. ἐξελυσάμην βροτοὺς | τὸ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.* Pers. 398 sqq. *θοῶς δὲ πάντες ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν. | τὸ δεξιὸν μὲν πρῶτον εὐτάκτως κέρας | ἡγεῖτο κόσμῳ, δεύτερον δ' ὁ πᾶς στόλος | ἐπεξεχώρει κτλ.* (cf. Il. α, 105. ν, 46. al. ap. Naegelsb. l. c.) Ag. 69. *τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον. | οὔθ' ὑποκάων οὔθ' ὑπολείβων | ἀπύρων ἱερῶν | ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.* Eum. 146 sq. *ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι, ἄφερτον κακόν. | ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν οἴχεταί θ' ὁ θήρ·* add. Prom. 472. Pers. 33. Eum. 355. al. Haec sufficiant ex ingenti copia.

De Sophocle cf. Ziel. qui l. c. p. 6 sq. paullo aliter hujus generis naturam describit: „ubi universe quid sequuturum sit indicatum est, id quod sequitur adjici sine copula solet.“ Exempla contulit satis copiosa, e quibus haec hoc loco sufficiant: Phil. 55. *τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ | ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων. | Ὅταν σ' ἐρωτᾷ κτλ.* Aj. 1028. *σκέψασθε, πρὸς θεῶν, τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν. | Ἕκτωρ μὲν κτλ.*

Plurimi denique huc pertinent imperativi sine particulis positi. V. quae Naegelsbachius praebet l. c. pag. 279. Veluti Od. π, 130. *ἄττα, σὺ δ' ἔρχεο θᾶσσον, ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ εἴφ', ὅτι οἱ σῶς εἰμί.* „der Auftrag soll zwar schnell besorgt werden, wird aber ruhig gegeben.“ Od. ν, 362. Il. σ, 463: *θάρσει, μή*

τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων. Od. ρ, 393. σίγα, μή μοι τοῦτον ἀμείβεο πόλλ' ἐπέεσσιν.; deinde permultis locis priorem locum tenet ἄγε, κλῦθι, ἴθι sim. aut ἄρχε Il. ι, 69. Ἀτρείδη, σὺ μὲν ἄρχε — σὺ γὰρ βασιλεύτατός ἐσσι — | δαίνυ δαῖτα γέρουσι κτλ. [1]) Quibus locis simillimi sunt e Pindaro: Ol. IX, 40. μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτ'. ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν | χωρὶς ἀθανάτων [2]), ex Aeschylo: Suppl. 528 sq. πιθοῦ τε καὶ γενέσθω. | ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας. Pers. 402. ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε, | ἐλευθεροῦτε πατρίδα κτλ. ubi vox ἴτε per se certe inanis est. Prom. 274. Sept. 262., e Sophocle fortasse El. 986. ἀλλ' ὦ φίλη πείσθητι, συμπόνει πατρί κτλ. [3])

b.

Nec minus crebro invenias exempla ejus generis, quod supra altero loco tractandum putavimus, ubi posterius enuntiatum, sine particula appositum, causam prioris sententiae affert.

Solus Homerus minus crebro videtur usurpasse, Naegelsbachius enim nullum ejusmodi locum praebet. Quem quis fortasse citet locum Il. ι, 158. δμηθήτω — Ἀΐδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος· κτλ., propter commotiorem orationis cursum huc referre nolim, ut eandem ob causam eum, quem Kruegerus [4]) affert Il. ω, 354. Φράζεο, Δαρδανίδη. φραδέος νόου ἔργα τέτυκται. | ἄνδρ' ὁρόω, τάχα δ' ἄμμε διαῤῥαίσεσθαι ὀΐω. [5]) Quare mihi quidem videtur Homero hoc genus sicut ea quoque, quae statim tractabuntur, minus placuisse.

Pindari vero carmina maximum talium locorum numerum praebent, e quo nonnullos collegit Dissenius l. c. p. 277.

---

[1]) „Der zweite Imp. ist dem ersten logisch subordinirt, wie das Besondere dem (an sich freilich leeren) Allgemeinen. — ἄρχε ist völlig leer, wie ἄγε, wenn es nicht durch das δαίνυ Bestimmtheit erhält.“ Naeg.

[2]) A Dissenio alii generi adscribitur, cf. l. c. 275. fortasse eodem jure; permulti enim loci ita comparati sunt, ut dubites, utri ordini tribuas.

[3]) Zielius l. c. pag. 12. hunc unum locum affert, neque tamen dubitari potest, quin facillime permultos similes colligere liceat. Sed in re notissima vix opus est pluribus exemplis.

[4]) Griech. Sprachlehre für Schulen von K. W. K. II. Theil. 4. Aufl. Berlin 1862. §. 59. A. 5.

[5]) Neque ullum aliud l. c. exemplum similitudinem praebet cum hoc genere. Nam duos locos quos fortasse quis huc referat, Il. β, 204. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς κτλ. et Od. θ, 166. Ξεῖν', οὐ καλὸν ἔειπες· ἀτασθάλῳ ἀνδρὶ ἔοικας κτλ. sine dubio generi explicativo tribuemus.

veluti Ol. I, 53. *ἀφίσταμαι· | ἀκέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρους.* Ol. IX, 12. *ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων Μοισᾶν ἀπὸ τόξων | Δία τε φοινικοστερόπαν σεμνόν τ' ἐπίνειμαι | ἀκρωτήριον Ἄλιδος, | πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν Πυθῶνάδ' ὀϊστόν. | οὔτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψεαι.* al. Denique Pyth. I, 86 sq. *νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. | ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν. | εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει, μέγα τοι φέρεται | πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας | ἐσσί. πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.* quae Dissenius sic vertit: „guberna juste et loquere vere, nam si vel levissima res tibi excidit, magnum habetur ut a te profectum; quum enim multorum rex sis, sunt tibi multi testes." Mirum in modum talibus locis singula, ut ait Quintilianus, inculcantur, et proxime accedunt ad ejus generis, quod tertio loco tractabimus, naturam. Sed iis locis, de quibus nunc agimus, est arctissimus nexus per sententiam.

Etiam Aeschylus talibus locis particulas crebro omittit. Suppl. 202. *μέμνησο δ' εἴκειν. χρεῖος εἶ ξένη φυγάς.* ibid. 1049. *ὅτι τοι μόρσιμόν ἐστιν, τὸ γένοιτ' ἄν. | Διὸς οὐ παρβατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέραντος.* Sept. 35. *μηδ' ἐπηλύδων | ταρβεῖτ' ἄγαν ὅμιλον. εὖ τελεῖ θεός.* ib. 1031. *ἐγὼ σφε θάψω κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ | θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, οὐδ' αἰσχύνομαι | ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει. | δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν.* Ag. 1053. *ἕπου· τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.* Saepe post imperativum *θάρσει:* Suppl. 600. *θαρσεῖτε, παῖδες· εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων.* ib. 732. 740. 909. Post interrogationes, ubi nos vertimus „da ja doch": Prom. 101. *καίτοι τί φημί; πάντα προυξεπίσταμαι κτλ.* Pers. 1014. *πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας πέπληγμαι.* ib. 1015. *τί δ' οὐκ; ὄλωλεν μεγάλως τὰ τῶν Περσῶν.* add. Suppl. 918. 938. Ag. 268. 567. 598. Denique addita vocula *τοί:* Prom. 275. *συμπονήσατε | τῷ νῦν μογοῦντι. ταὐτά τοι πλανωμένη | πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.*

Neque aliter Sophocles, cf. Ziel. l. c. pag. 9. Saepissime post adhortationes, ut etiam apud Aeschylum. El. 1015. *πιθοῦ. προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ | κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.* ib. 1435. *θάρσει· τελοῦμεν.* Phil. 667. *θάρσει· παρέσται κτλ.*, addita voce *τοί* ib. 894. *θάρσει· τό τοι σύνηθες ὀρθώσει μ' ἔθος.* — Oed. R. 1060 sq. *μὴ πρὸς θεῶν, εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδει, ματεύσῃς τοῦθ'. ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.* Ag. 581. *πύκαζε θᾶσσον. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ | θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.* al. Interdum posterius enuntiatum interrogationis formam induit, veluti Ant. 1030. *ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα | κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;* et apud

Aechylum Sept. 673. *τούτοις πεποιθὼς εἶμι καὶ ξυστήσομαι | αὐτός. τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος;* Nonnusquam talibus locis vox *γάρ* in codicibus a librario contra leges metricas addita invenitur: Ag. 1146. *ἰὼ ἰὼ λιγείας μόρον ἀηδόνος. περιβάλοντο γάρ οἱ* (sic in libris) *πτεροφόρον δέμας | θεοί κτλ.*, ubi particula *γάρ* mihi videtur esse additamentum librarii [1]), sive huic generi sive explicativo vis locum adscribere. Hermannus scribit *περιβάλοντό οἱ*, Blomfieldus *περίβαλον γάρ οἱ.* E Sophocle conferas locum Oed. Col. 247., ubi particulam *γάρ* ejiciendam esse versus structura docemur.

c.

Contrarium huic est id genus, ubi enuntiatum sine particula adjunctum consecutionem (ut verbis Dissenii utar) continet.

Quo Kruegerus l. c. referre videtur locum Homericum Ol. χ, 27.; ibi vero orationem esse exagitatam nemo negabit. *νείκειον δ' Ὀδυσῆα χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν. | Ξεῖνε, κακῶς ἀνδρῶν τοξάζεαι· οὐκέτ' ἀέθλων | ἄλλων ἀντιάσεις. νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.* Naegelsbachius de hoc quoque genere tacet. Quare non dubito, quin hoc genus sicut prius poetae epico minus placuerit.

E Pindaro conferas locum jam supra allatam Pyth. I, 88. *πολλῶν ταμίας ἐσσί. πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.* Ol. I, 113. *ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται | βασιλεῦσι. μηκέτι πάπταινε πόρσιον.* Sic saepius in adhortatione. „Hoc genus valde amat Pindarus, tum in aliis rebus tum in hortatione eo utens, ubi praemissis sententiis se vel alium hortatur." Dissen. l. c. p. 276. cf. Pyth. IV, 276. Isthm. I, 6. Nem. VII, 75. Pyth. III, 61. al. Quos omnes accuratissime a Dissenio collatos hoc loco tractare longum est. De loco Ol. II, 46. cf. God. Hermannum l. c.

Nec minus frequentatum est hoc genus apud Aeschylum, cujus si unum locum, Suppl. 786. *πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἶλον. οἴχομαι φόβῳ*, excipis, omnes versantur in adhortatione. cf. Prom. 630. *ἐπεὶ*

---

[1]) cf. Sept. 440. ubi post vocem *Καπανεύς* in cod. *δ'* inseritur, vocula hoc loco inanis nec sententiae apta: explicantur enim et illustrantur verbis *Καπανεύς* cet. priora *καὶ τῷδε κέρδει* usque ad *κατήγορος.* Dindorfius recte particulam removit. Similis est locus Sept. 466., ubi voculam *δ'* loci naturae explicativae non convenientem ejecit Blomfieldus.

προθυμεῖς, χρὴ λέγειν. ἄκουε δή. ib. 1036 sqq. ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται | λέγειν· ἄνωγε γάρ σε τὴν αὐθαδίαν | μεθέντ' ἐρευνᾶν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν. | πιθοῦ. Cho. 219. ὅδ' εἰμί. μὴ μάτευ' ἐμοῦ μᾶλλον φίλον. Suppl. 397. οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα. μή μ' αἱροῦ κρίτην. ib. 498. 729. 962. Ag. 1656. πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπάρχει. μηδὲν αἱματώμεθα. Eum. 193 sqq. — Prom. 72. Sept. 1052.

Zielius in recensenda Sophoclis dictione nullo verbo hoc genus commemorat. Conferas aliquo modo locum Phil. 1155, sed non necesse est ibi de hoc genere cogitare.

d.

Quarto loco supra egimus de sententiis generalibus. Utuntur poetae illis ad ea, quae dicunt, confirmanda et ornanda, nec raro particulis omissis illarum vim augent.

Homerus, de quo Naegelsb. l. c. nihil monet, videtur particulam adjungere praeter vocem τοί talibus locis valde frequentatam. cf. Od. β, 276. οὐ σέγ' ἔπειτα ἔολπα τελευτήσειν ἃ μενοινᾷς. | παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. Il. μ, 412. ἐφομαρτεῖτε. πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. sed omissa particula, quae nexum indicet, Od. ϑ, 329. et ib. ο, 72.

Multos locos Pindaricos, quos huc referas, dispersos invenimus Dissenii quaestionem accurate perlustrantes, veluti, quem pag. 277. affert, Isthm. IV, 14. μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις, | εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν. | θνατὰ θνατοῖσι πρέπει. Alios praebet Luebbertus [1]) pag. 7. sq., cf. Ol. IV, 18. διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος. frgm. inc. 69. v. 2. ἔσθ' ὅτε πιστοτάτα σιγᾶς ὁδός. al.

Aeschylus eximie sibi placuit in talibus sententiis inserendis. Pauca afferam ex ingenti copia: Sept. 596. τούτῳ σοφούς τε κἀγαθοὺς ἀντηρέτας | πέμπειν ἐπαινῶ. δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει. (ib. 601. loco certe interpolato ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.) ib. 844. μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν· | θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Eum. 520. ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει. ib. 530. παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν κτλ. Addit vocem τοί Prom. 699. λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ | τὸ λοιπὸν ἄλγος προυξεπίστασθαι τορῶς. conjungit enuntiata particula γάρ: Prom. 1039. πιθοῦ. σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν. Sept. 225. μή μοι θεοὺς καλοῦσα βουλεύου κακῶς· | πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας | μήτηρ, γονῆς σωτῆρος. Sed haec sufficiant.

[1]) Dissertatio inaugur. philos. Halis Sax. a. 1853. „De elocutione Pindari."

Sophoclis locos accurate collegit Zielius l. c. pag. 12. Saepius *τοί* additur, veluti Ant. 1028. *κεῖνος οὐκέτ᾽ ἔστ᾽ ἀνὴρ | ἄβουλος οὐδ᾽ ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν | πεσὼν ἀκεῖται μηδ᾽ ἀκίνητος πέλει. | αὐθαδία τοι σκαιότητ᾽ ὀφλισκάνει.*, omittitur i. a. Ant. 1195. *τί γάρ σε μαλθάσσοιμ᾽ ἂν ὧν ἐς ὕστερον | ψεῦσται φανούμεθ᾽; ὀρθὸν ἀλήθει᾽ ἀεί.* — Addere velim frgm. 102.

e.

Complexi sumus hoc genere eos locos, ubi enuntiato cuidam, quo pars longior orationis absolvitur, magna vis injicitur („ubi graviter finitur" Dissen.) et eos, ubi postremum enuntiatum priorum summam breviter complectitur.

Naegelsbachius l. c. p. 278. complura ex Homero collegit: Il. *χ*, 391. *νῦν δ᾽ ἄγ᾽ ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν, | νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσι νεώμεθα, τόνδε δ᾽ ἄγωμεν. | ἠράμεθα μέγα κῦδος. κτλ.* ib. *ϑ*, 526. *μῦθος δ᾽, ὃς μὲν νῦν ὑγιής, εἰρημένος ἔστω· | τὸν δ᾽ ἠοῦς Τρώεσσι μεθ᾽ ἱπποδάμοις ἀγορεύσω· | εὔχομαι ἐλπόμενος Διί τ᾽ ἄλλοισίν τε θεοῖσιν | ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους.* ib. 532. *μ*, 241. *ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ, | ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει. | εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.* Pronomen adest alio loco a Naegelsbachio huc relato: Il. *ν*. 317. *οἵ μιν ἅδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο, | Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν. | αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι, | κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους | νῆας ἐνιπρῆσαι κτλ.* — cf. denique Il. *φ*, 349. sq. *ψ*, 15.

Pindarus gravitatis et sublimitatis praecipue studiosus, luculentissime talibus locis saepius insertis orationem ornat. cf. Dissen. l. c. pag. 278 sq. Primum huc spectant Ol. IV, 17. VI, 19. al., ubi poeta breviter eis, quae dixit, adjungit, se vera nuntiasse. Deinde Pyth. XI, 31. *θάνεν μὲν αὐτὸς ἥρως Ἀρεΐδας | ἵκων χρόνῳ κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις κτλ.* et XII, 22., ubi repetitur in fine, quod prius dictum est. Alios denique multos locos huc refert Dissenius, „ubi poeta alio gravi dicto antecedentia complectitur aut absolvit, judicium suum subjicit laudans, admirans, reprehendens, admonens", veluti Ol. II. fin. *ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν· | ἐκεῖνος ὅσα χάρματ᾽ ἄλλοις ἔθηκεν | τίς ἂν φράσαι δύναιτο;* Praeclarissimum vero magnificae sententiae exemplum exhibet hoc: Pyth. II, 49. ubi narrata Ixionis poena haec adduntur: *θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται, | θεὸς ὃ καὶ πτερόεντ᾽ αἰετὸν κίχε καὶ θαλασσαῖ-*

ον παραμείβεται | δελφῖνα κτλ. cf. etiam Pyth. III, 59. Nem. IV, 30. Subjiciuntur tales sententiae interdum in media oratione idoneis locis: Pyth. IX, 87. *τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαΐφρων | ἐν μόναις ὠδῖσιν Ἀλκμήνα | διδύμων κρατησίμαχον σθένος υἱῶν. | κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει, | μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀὲ μέμναται, τά νιν θρέψαντο καὶ Ἰφικλέα.* et Pyth. II, 83, ubi de calumniatore callido loquutus pergit: *οὔ οἱ μετέχω θράσεος* addito tamen pronomine *οἱ* in posteriore enuntiato. Praeclare denique saepe poeta talibus locis enuntiato sine particula posito, quod e sententia eorum, quae antecedunt, natum videtur, viam munit ad res novas, ut Ol. II, 53. VI, 73. XIII, 82.

Latissimum igitur huic generi ambitum tribuit.

Eximie deinde placet hoc genus Aeschylo. Atque primum quidem paucis verbis longiores orationes concludere solet, veluti Eum. 710. *εἴρηται λόγος*[1]) aut ad ea, quae praecedunt, confirmanda Ag. 625. *ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαιικοῦ στρατοῦ, | αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον· οὐ ψευδῆ λέγω.* Sept. 490. *ἅλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω, | ἔφριξα δινήσαντος· οὐκ ἄλλως ἐρῶ.* Simili modo Pers. 330. nuntius non sine gravitate orationi finitae adjungit: *πολλῶν παρόντων ὀλίγ' ἀπαγγέλλω κακά.* Praefero enim lectionem cod. Med., qua multo grandior et ni fallor vere Aeschylea loci structura evadit. Nonnulli minoris auctoritatis libri inserunt particulam *δέ*, quos sequitur Dindorfius; Weilius hoc enuntiatum cum priore conjungit scribens *ἀπαγγέλλων.* Adde hos locos: Prom. 683, *κλύεις τὰ πραχθέντα.* Cho. 443. *ἐμασχαλίσθη δ', ἔθ' ὡς τόδ' εἰδῇς, | ἔπρασσε δ' ᾇπέρ νιν ὧδε θάπτει, | μόρον κτίσαι μωμένα | ἄφερτον αἰῶνι σῷ. | κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.* — Pers. 986. chorus ad enumerationem mortuorum sic respicit: *Πέρσαις ἀγανοῖς κακὰ πρόκακα λέγεις.* — Summam deinde eorum, quae exposita sunt, breviter complectitur: Ag. 925. *λέγω κατ' ἄνδρα, μὴ θεόν, σέβειν ἐμέ.* Pers. 1013. *δυσπόλεμον δὴ γένος τὸ Περσᾶν.* Sept. 799. mihi videtur esse ejicienda particula *δ'* a posterioris librarii manu supra versum posita. Sic enim loci sententiam intelligo: ad ea, quae praemittuntur, *πόλις πέφευγεν ἥδε δούλιον ζυγόν· | πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀβρίμων κομπάσματα· | πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου | πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο· | στέγει δὲ πύργος,*

[1]) cf. Ag. 582. in fine orationis *πάντ' ἔχεις λόγον*, et similes locos additis pronominibus ex Aeschylo et Sophocle v. supra pag. 20 et apud Ziel. l. c. pag. 5 sq.

καὶ πύλας φερεγγύοις | ἐφαρξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις· respicit nuntius his verbis: *καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασιν*, deinde nuntiat rem novam: *τὰς δ' ἑβδόμας κτλ.* Simili modo Ag. 367. verba *Διὸς πλαγὰν ἔχοις ἂν εἰπεῖν* referre velim ad ea, quae antecedunt: *Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι | τὸν τάδε πράξαντ' ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ κτλ.* Mirum in modum de hujus loci scriptura homines eruditi dubitaverunt. Blomfieldus hunc versum et posteriorem sic conjungit: *Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν. εἰπεῖν πάρεστι τοῦτο κἀξιχνεῦσαι* nimis dure fortasse et violenter versum scindens et neglegens codicum scripturam. Illi enim omnes praeter unum Florentinum *τοῦτ' ἐξιχνεῦσαι* exhibentem praebent *πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι.* Nec melius mutavit Boissonadus *εἰπεῖν πάρεστι τ' ἐξιχνεῦσαι.* Palejus [1]) denique infinitivum *εἰπεῖν* epexegetice additum esse censet ad verba *πλαγὰν ἔχουσιν*, haec vero usurpari ad similitudinem loci Vergiliani, Aen. XII, 296: h o c h a b e t, haec melior magnis data victima divis. Quam explicationem nimis artificiosam esse certe nemo negabit. — Recesserunt autem a scriptura tradita fortasse ob eam causam, quod verba parum ornata ab Aeschyli genere dicendi grandi nimis abhorrere videntur. Sed si quis accuratius proprias Aeschyleae dictionis virtutes inquiret, eam in universum videbit alto, ut ita dicam, cothurno incedere [2]), ita ut etiam minores res splendidissima verborum pompa ornentur; summas vero res simpliciter fere ubique inveniet proferri [3]); nam quum omnia aeque magnifica et grandia poeta fingere vellet, v u l g a r i s dicendi tenor singulari ornatu egere, sententiae a m p l i o r e s suo momento satis efferri videbantur. — Quare nos quam minime codicum verba mutantes scribimus: *Διὸς πληγὴν ἔχοις ἂν εἰπεῖν.* — Summa deinde cum arte compositus est locus Ag. 1314, ubi Cassandra orationem sic finit: *ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύουσ' ἐμὴν | Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀ ρ κ ε ί τ ω β ί ο ς.* — Adde hos: Sept. 1041. *τάφον γὰρ αὐτὴ καὶ κατασκαφὰς ἐγώ, | γυνή περ οὖσα, τῷδε μηχανήσομαι | . . . | κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος· | καὐτὴ καλύ-*

---

[1]) Aeschyli trag. ed. Paley. ed. III. Lond. 1870.

[2]) cf. quae Schoellius collegit veterum de Aeschyli poesi judicia in Ritschelii editione fabulae Thebanae altera. Lips. MDCCCLXXV. p. 36 sqq.

[3]) Ut unum tantum exemplum afferam, v. Cho. 314. Copiose exponit singula: *ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ | γλῶσσα τελείσθω· τοὐφειλόμενον | πράσσουσα Δίκη μέγ' ἀϋτεῖ· | ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν | πληγὴν τινέτω.* deinde summam adjungit breviter et simplicissime: *δ ρ ά σ α ν τ ι π α θ ε ῖ ν.*

ψω, μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν· | θάρσει παρέσται μηχανὴ δραστήριος. Chor. 780. ἄγγελλ' ἰοῦσα, πρᾶσσε τἀπεσταλμένα· | μέλει θεοῖσιν ὧνπερ ἂν μέλῃ πέρι, obscurius haec et cum magna gravitate dicta. cf. Ag. 1046. εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆς δ' ἐπιρρέποι τύχης, | ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις. | οἳ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς, | ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην. | ἕξεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται. — Simili deinde vi sunt Prom. 943. ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν, | τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον. | πάντως τι καινὸν ἀγγελῶν ἐλήλυθεν. et Cho. 854. ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' αὖ θέλω τὸν ἄγγελον, | εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρὼν, | εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών. | οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν ὠμματωμένην. — Spectant huc fortasse etiam ii loci ubi in finibus stropharum choricarum eadem verba saepius redeunt: Ag. 121. 139. 159. αἴλινον αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω forma orationis sane in imperativum mutata sicuti etiam Eum. 1043. 1047. ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς· sed Cho. 961. 972. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν. simm.

Pauca de Sophocle monet Zielius, qui hoc genus tangit l. c. pag. 6. „dignum est memoratu, nonnunquam in recapitulatione non inveniri pronomina, sed sententias ipsas nude eodem significatu poni. Ceterum pauca id genus exempla inveni, eaque in lyricis potissimum carminibus, ut El. 222. ἔξοιδα i. e. ἔξοιδα ταῦτα (ea quae modo dixi), ib. 479 sqq. ὕπεστί μοι θράσος, | ἁδυπνόων κλύουσαν | ἀρτίως ὀνειράτων respiciunt ad ea quae antecesserunt. El. 673. τέθνηκ' Ὀρέστης· ἐν βραχεῖ ξυνθεὶς λέγω." [1]) Magna deinde cum gravitate: Oed. R. 871.

---

[1]) Similitudinem aliquam cum talibus locis habent ii, ubi brevia enuntiata per parenthesin in orationem injiciuntur, de quibus nonnulla collegit Kruegerus in gramm. graeca I. §. 59. adn. 8. et II. §. 59. adnn. 8, 9, 10, 11. Quo spectant ex Homero Il. θ, 536. ἀλλ' ἐν πρώτοισιν, ὀΐω, | κείσεται κτλ. ν, 153. ἀλλ', ὀΐω, χάσσονται κτλ., apud Aesch. Cho. 758. πολλὰ δ', οἴομαι, ψευσθεῖσα. Prom. 289. τό τε γάρ με, δοκῶ, συγγενὲς οὕτως | ἐσαναγκάζει. ap. Soph. frgm. 517, 3. El. 61. δοκῶ μὲν, οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν, al. Deinde alia pauca inseruntur saepissime apud Aeschylum: Prom. 266. ἑκὼν, ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι. cf. ib. 334. πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς | ἢ σαυτόν. ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι. Suppl. 740. μαχοῦνται περὶ σέθεν, σάφ' οἶδ' ἐγώ. ib. 748. μόνην δὲ μὴ πρόλειπε. λίσσομαι, πάτερ. Eum. 938. δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, | τὰν ἐμὰν χάριν λέγω, ib. 1014. χαίρετε, χαίρετε δ' αὖθις, ἔπος διπλοΐζω. E Sophocle Kruegerus I. §. 59. adn. 8. affert frgm. 690. ἥξεις, ἐπείγου μηδέν, εἰς τὸ μόρσιμον. Zielius tales locos omnino neglegit. Neque tamen dubitari potest, quin Sophocles saepius iis usus sit, nam aeque per poetas et scriptores prosarios hoc genus vulgatum est. De his cf. Xen. Cyr. I, 3, 11. III, 1, 29. Plat. Hipp. I, 290 b., ubi v. Stallb. Euripides deinde

in fine strophae: μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει (addito pronomine) et in fine antistrophae v. 881. θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων. — Concluduntur longiores orationes certis, quas etiam apud Aeschylum invenimus, formulis: Phil. 620. ἤκουσας, ὦ παῖ, πάντα· ib. 241. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν. Trach. 878. πάντ' ἀκήκοας. Aj. 480. πάντ' ἀκήκοας λόγον. cf. Phil. 1240. Addito adverbio El. 50. ὧδ' ὁ μῦθος ἑστάτω.

Respicientes jam ad omnes, quos modo attulimus locos, videmus apud Homerum esse paucos, apud Pindarum multos, plures, ni fallimur, apud Aeschylum, paullo minorem numerum apud Sophoclem. Epicae poesis leniori flumini certe id genus minus placebat; Pindari et Aeschyli dicendi generibus eximiam afferebat gravitatem et sublimitatem saepe cum vehementia conjunctam; Sophocles, formae et modi ubique studiosus, lyricis tragoediarum partibus solis videtur terminare.

f.

Asyndeton, quod dicunt, adversativum frequentatùr apud omnes scriptores.

Ex Homero Naegelsbachius l. c. pag. 271 sqq. primum nonnulla exempla affert, quae quis primo obtutu fortasse non videat huc pertinere: Od. ω, 146—149. ὡς τὸ μὲν ἐξετέλεσσε καὶ οὐκ ἐθέλουσ', ὑπ' ἀνάγκης· | Εὖθ' ἡ φᾶρος ἔδειξεν, ὑφήνασα μέγαν ἱστόν | κτλ., | καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθ εν ἤγαγε δαίμων. „So vollendete sie das Gewand; als sie es aber uns auch vorgezeigt hatte, da führte ein feindseliger Gott irgend von wannen den Odysseus her." cf. Od. χ, 180—187. ἤτοι ὁ μὲν (Μελάνθιος) θαλάμοιο μυχὸν κάτα τεύχε' ἐρεύνα, | τὼ δ' ἔσταν ἑκάτερθε παρὰ σταθμοῖσι μένοντε. | Εὖθ' ὑπὲρ οὐδὸν ἔβαινε Μελάνθιος, αἰπόλος αἰγῶν, | κτλ. | τὼ δ' ἄρ' ἐπαΐξανθ' ἑλέτην. Od. υ, 67—77. ρ, 356—359. al. Deinde l. c. pag. 273. huic generi tribuit locum Od. ν, 407. αὐτὸς δὲ πρώτιστα συβώτην εἰςαφικέσθαι, | ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος, ὁμῶς δέ τοι ἤπια οἶδεν, | παῖδά τε σὸν φιλέει καὶ ἐχέφρονα Πηνελόπειαν. | δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον. Opponi censet verba εἰςαφικέσθαι et

---

et poetae comici maximum illi ambitum concesserunt. cf. Krueg. l. c. Kuehner II, 2. §. 548. 3. — Longum est, etiam illorum poetarum dicendi rationes hoc loco pertractare. — In poesi epica vidimus rarius id genus usurpari, saepius et majore cum libertate in tragoedia. Placet vero ubique alacritate et elegantia, interdum, veluti Aesch. Prom. 266. Suppl. 748. acritate et vehementia.

δήεις; alii fortasse eodem jure dicant posteriore enuntiato accuratius explicari, quomodo id, quod Minerva suadet, *εἰςαφικέσθαι συβώτην*, effici possit. Certe vero non comprobanda est alia explicatio, qua Naegelsbachius pag. 275. similibus locis utitur, ubi Il. *λ*, 196. *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν.* | *εὗρ' υἱὸν Πριάμοιο δαΐφρονος Ἕκτορα δῖον* simm. particulam inter *βῆ* et *εὗρειν* omissam esse arbitratur, ut etiam oratione indicetur, actiones ipsas celerrime unam alteram esse secutam. „Kommen und Finden ist eins." Adnotat vero, se ipsum dubitare, utrum sic res explicanda sit an ad genus adversativum referenda.

Ad eum, de quo antea diximus, locum Od. *ν*, 407. adjungit Il. *ψ*, 352 sq. *ἂν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο,* | *πάλλ' Ἀχιλεύς κτλ.* „das Schwingen aber übernahm Achilleus." [1]) — Ad vulgarem denique hujus generis formam, eam dico ubi alterum membrum negationem continet, referemus locum ibidem a Naegelsbachio commemoratum Od. 605 sq. *ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών·* | *αἰγίβοτος* scil. *ἐστί*, „von Ziegen vielmehr wird Ithaka beweidet."

E Pindaro huc referre velim (cf. Ziel. pag. 9 sq.), quos Dissenius l. c. pag. 275. enumerationi tribuit locos: Pyth. III, 107. *σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις* | *ἔσσομαι·* et fortasse Nem. VI. init. *ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος.* Hoc genus ille nullo verbo tangit, quare pauca ejus exempla videntur apud Pindarum inveniri.

Ex Aeschylo conferantur: Prom. 700—703. *τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα* | *κούφως κτλ.* | *τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσασθ' κτλ.* Ag. 1617 sqq. *σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προςήμενος* | *κώ-*

---

[1]) Hunc locum cum multis aliis composuit Kruegerus II. §. 59. adn. 4., sic naturam describens „Wie vermuthlich bei *εὗρεν*, so scheint auch sonst ein an sich hartes Asyndeton durch scharfe Betonung des ersten Wortes gemildert zu werden." — Quos locos si accuratius perlustras, multos vides spectare ad genus explicativum, vel Od. *ψ*, 7. ubi verba *ὄφρα ἴδηαι* | *ὀφθαλμοῖσι τεοῖσι τάτ' ἔλδεαι κτλ.* explicantur iis quae accedunt: *ἦλθ' Ὀδυσσεύς.* Sic etiam Il. *χ*, 295. , (cf. Naegelsbach. pag. 277), nam verba *Δηΐφοβον δ' ἐκάλει λευκάσπιδα μακρὸν ἀΰσας·* illustrantur his: *ᾔτεέ μιν δόρυ μακρόν*, deinde vero adest pronomen *μιν* sicuti Il. *ε*, 4. pronomen *οἱ*. Il. *η*, 162. tribuo generi explicativo, nam quae in universum praemissa sunt *οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν.* accuratius describuntur his: *ὦρτο πολὺ πρῶτος μὲν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,* | *τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης κτλ., τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντες κτλ. κτλ.* Sic fere singuli loci erunt tractandi, quos etsi alios aliis generibus adnumeramus, tamen ubique enuntiatorum solute appositorum vim augeri contendimus,

πῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός; | γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ | τῷ τηλικούτῳ κτλ. Pers. 240. οὐδαμῶς· ἔγχη σταδαῖα καὶ φεράσπιδες σαγαί. (contra ib. 716. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἀμφ' Ἀθήνας πᾶς κατέφθαρται στρατός.) — Ag. 323. ὄξος τ' ἄλειφά τ' ἐγχέας ταὐτῷ κύτει | διχοστατοῦντ' ἄν, οὐ φίλω, προσέννεποις. Eum. 194. λέοντος ἄντρον αἱματορρόφου | οἰκεῖν τοιαύτας εἰκός, οὐ χρηστηρίοις | ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος. ib. 796. ἰσόψηφος δίκη | ἐξῆλθ' ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν. frg. 286 a. ὁ χρήσιμ' εἰδώς, οὐχ' ὁ πόλλ' εἰδώς, σοφός.

Apud Sophoclem: Ant. 1434. μέλλοντα ταῦτα· τῶν προκειμένων τι χρὴ | πράσσειν. Aj. 470. οὐκ ἔστι ταῦτα· πεῖρά τις ζητητέα. ib. 1002. Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες, οὐχ ἡμῶν κρατῶν. al. cf. Ziel. p. 13.

Videmus igitur longe creberrimos esse eos hujus generis locos, ubi alterum enuntiatum negationem continet. Apud Homerum vero etiam alios hujus generis locos haud raro invenimus, in multis aderat pronomen aut adverbium ad priora respiciens.

g.

Egimus deinde supra de locis a Naegelsbachio l. c. pag. 277, tractatis. Affert duos ex Homero, Il. ρ, 50. δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ· | αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι κτλ. et Od. ι, 437—444. ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς, | καὶ τότ' ἔπειτα νομόνδ' ἐξέσσυτο ἄρσενα μῆλα κτλ. denique ὕστατος ἀρνειὸς μήλων ἔστειχε θύραζε κτλ. Ea, quae per asyndeton adjunguntur, recte monet majore esse vi per sententiam, ita ut etiam in oratione efferenda sint. [1]) Egregie sine dubio poeta ibi asyndeto utitur. Sed praeter hos locos nullum videtur sic composuisse. Accedit, quod neque Dissenius neque Zielius id genus commemorat; unum fortasse Aeschyli locum huc possis referre Sept. 338 sqq. πολλὰ γάρ, εὖτε πτόλις δαμασθῇ | ἐή, δυστυχῆ τε πράσσει· ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει, | φονεύει, τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ· | καπνῷ χραίνεται πόλισμ' ἅπαν. Ubi codices exhibent καπνῷ δέ κτλ. Brunckius vero δέ ejecit ad similitudinem versus respondentis 330. βοᾷ δ' ἐκκενουμένα

---

[1]) „Der zweite Satz ist dem ersten wohl grammatisch der Satzform, nicht aber logisch dem Inhalt und Gedankenverhältniss, und rhetorisch dem Ton und Ausdruck nach coordinirt. Das logische und folglich auch rhetorische Uebergewicht, somit der Mangel völliger Coordination, bewirkt das Asyndeton."

πόλις, ubi ii, qui v. 342. codicum lectionem tenent, pro verbis *βοᾷ δ' ἐκκενουμένα πόλις* scribunt *βοᾷ δὲ καὶ κενουμένα πόλις* (sic etiam God. Herm.). Jam quum viderimus, particulam *δέ* simm. saepius a librario inseri locis, ubi secundum vulgarem dicendi rationem aptae aut necessariae sunt, non dubitabimus Brunkkium sequi. Optimo jure tum hunc locum illis, quos Naegelsbachius attulit, poteris adjungere, fortasse vero causam omissae particulae ab excitatis virginum Thebanarum animis repetere licebit (cf. *ἄγει, φονεύει* v. 341.). Id vero sane non negabimus, tales locos rarissime inveniri. [1])

h.

Transgredimur ad eos locos, ubi eadem res cum vi repetitur aliis verbis. Unum exemplum ex Homero citat Dissenius l. c. p. 275, Il. *α*, 106. *μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. | αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι*, sed ipse concedit orationem esse concitatam, quare nos postea hunc locum inter tertii generis exempla referemus. Et sine dubio id genus vix orationi epicae est aptum, in illa enim ubi poeta in aliqua re ampliore describenda commoratur, utitur particulis, quas si omitteret, magnificam sane et grandem fingeret orationem, sed a simplici structura leniter fluentis dictionis nimis longe discederet.

Eximie vero merito hoc genus placuit Pindaro. cf. Dissen. l. c. p. 274 sq. Ol. III, 17. *τάν ποτε | Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας, | μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων, | δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλλωνος θεράποντα λόγῳ. | πιστὰ φρονέων Διὸς αἰτεῖ πανδόκῳ | ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις στέφανόν τ' ἀρετᾶν.* Adnotat Dissenius: „manifestum est bis dici idem, quae in fine prioris loci sunt, ab his initium capiente secundo, atque etiam ceteris inverso ordine positis. Causa vero repetitionis in promptu; vertitur summa fabulae in eo, annuentibus Hyperboreis, non vi, translatum oleastrum Olympiam praemium virtutum." Sed hoc unum sufficiat.

Ex Aeschylo [2]) huc spectant complures loci, veluti

---

[1]) Alii denique cogitabunt de genere adversativo. — Si Naegelsbachii explicationem comprobamus, magna est similitudo inter hos locos et eos, quos litera e. signavimus. (cf. etiam Naegelsb. l. c. pag. 277. X. et pag. 278. XI.)

[2]) Conferri possunt aliquo modo cum hoc genere loci haud rari, ubi

Sept. 395. *τίν' ἀντιτάξεις τῷδε; τίς Προίτου πυλῶν | κλῄθρων λυθέντων προστατεῖν φερέγγυος;* ib. 435. *τοιῷδε τῷδε φωτὶ τίς ξυστήσεται, | τίς ἄνδρα κομπάζοντα μὴ τρέσας μενεῖ;* ib. 739. *τίς ἂν καθαρμοὺς πόροι, | τίς ἄν σφε λούσειεν κτλ.*, plerumque vero talibus locis utitur particulis.

Zielius l. c. pag. 8 sq. haec affert Sophoclea: Phil. 205. *προὐφάνη κτύπος, | φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένου του, | ἤ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων. | βάλλει βάλλει μ' ἐτύμα | φθογγὰ κτλ.* ibid. 301. *ταύτῃ πελάζει ναυβάτης οὐδεὶς ἑκών· | οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστὶν, οὐδ' ὅποι πλέων | ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται. | οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν.* Postremo versu censet repeti sententiam primi; tamen interposito alio enuntiato natura loci plane mutatur. Neque enim poeta vult repetere, quae paullo ante dixit, sed arctissime haec postrema adnectit iis, quae praemisit *οὔτις ὅρμος κτλ.*, concludens illa aut consecutionem afferens. Trach. 210. *ὁμοῦ δε παιᾶνα παιᾶν' | ἀνάγετ', ὦ παρθένοι, | βοᾶτε τὰν ὁμόσπορον Ἄρτεμιν Ὀρτυγίαν κτλ.* videtur pertinere ad genus explicativum.

Ne vero nimis diu in rebus minoribus commoremur, transgrediamur ad tertium asyndeti genus.

III.

Id genus, de cujus natura supra tertio loco egimus, quum haud raro vehementiam et acrimoniam aut celeriorem et concitatum orationis cursum prae se ferat, minime aptum est sermoni epico, nam, ut recte monet Dissenius l. c. p. 273, „epica oratio quum lenior et tranquillior sit, continuum flumen amat. Pergit deinde: lyrica abruptior est et audacior, affectuum plena et gravitatis ac sublimitatis maxime studiosa." Quare opinetur fortasse quispiam, illi hoc genus placere. Tamen vix ullum apud Pindarum invenias exemplum. Luculentissime ille variat orationem et vi imbuit omissis saepissime conjunctionibus, unde nascitur abrupta illius forma, tamen acrimoniam et vehemen-

---

verba idem fere significantia cumulat etiam in rebus minoris momenti: cf. Cho. 5. *τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ | κλύειν, ἀκοῦσαι.* ib. 838. *ἥκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ' ὑπάγγελος.* Sept. 296. *τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους πανδαμὶ πανομιλὶ | στείχουσιν.* Sept. 696. *ξηροῖς ἀκλαύτοις ὄμμασιν.* Suppl. 840. *πολυαίμων φόνιος | ἀποκοπὰ κρατός κτλ.* frgm. 208. *δύστηνον ἀθλίαν φάβα.* — Similia multa praebet Pindarus, veluti Ol. XI, 88. *ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον.* v. quae Luebbertus collegit l. c. pag. 14 sqq.

tiam vitavit [1]), Tragoediarum vero partibus lyricis praecipue, neque vero illis solis, quam maxime talis figura est conveniens. Sed videamus singula.

Atque primum quidem ex Homero Naegelsbachius l. c. p. 276 sq. huc refert hos locos: Il. α, 178. 179. *αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε. | εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν. | οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσί τε σῇς καὶ σοῖς ἑτάροισιν | Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε.* quem ad locum in adnotat. ad Iliad. recte monet: die heftige Bewegung der Rede hat die vermittelnden Conjunctionen verdrängt. — Il. χ, 450 sq. *Δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται. | αἰδοίης ἑκυρῆς ὀπὸς ἔκλυον, ἐν δ' ἐμοὶ αὐτῇ | στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα κτλ.* De loco Il. χ, 295. *στῆ δὲ κατηφήσας, οὐδ' ἄλλ' ἔχε μείλινον ἔγχος. | Δηΐφοβον δ' ἐκάλει λευκάσπιδα μακρὸν ἀΰσας· | ᾔτεέ μιν δόρυ μακρόν. ὁ δ' οὔτι οἱ ἔγγυθεν ἦεν*, quid sentiamus, jam supra exposuimus in adnotat. p. 31. — Od. π, 136. *γιγνώσκω, φρονέω· τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις.* [2]) cf. Od. ψ, 40. *οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην κτλ.* Il. χ. 268. *παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο. νῦν σε μάλα χρὴ | αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν. | οὔ τοι ἔτ' ἔσθ' ὑπάλυξις κτλ.* De loco ω, 354 sq. jam supra egimus pag. 22., de loco Od. χ, 27 sq. pag. 24.

Hermannus in adnotationibus ad Hom. hymnum in Vener. v. 177. etiam haec recte confert ad hoc genus: Il. α, 107. *μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. | αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα κτλ.*, de quo v. pag. 33., et Il. τ, 59. *τὴν ὄφελ' ἐν νήεσσι κατακτάμεν Ἄρτεμις ἰῷ κτλ.*, denique Od. κ, 320., de quo modo in imperativis tractandis dicemus.

Saepissime enim ad similitudinem hujus generis usurpantur imperativi in adhortationibus, quorum ex Homero exempla contulit Naegelsbachius l. c. p. 279. haec: Od. κ, 320. *ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων.* ρ, 529. *ἔρχεο, δεῦρο κάλεσσον, ἵν' ἀντίον αὐτὸς ἐνίσπῃ.* Il. μ, 343. *ἔρχεο, δῖε Θοῶτα, θέων Αἴαντα κάλεσσον.* ψ, 403. *ἔμβητον | καὶ σφῶϊ· τιταίνετον ὅττι τάχιστα.* [3])

---

[1]) cf. Dissen. l. c. pag. 275.: A Pindaricis epiniciis talis incitatior orationis cursus alienus.

[2]) Naeg. l. c. „Eumaeos ist begierig, sein Verständniss der Absichten Telemachs diesem recht eindringlich zu erkennen zu geben. Ein Wort genügt ihm nicht; die mehreren, deren er bedarf, möchte er wo möglich auf einmal aussprechen."

[3]) Addas Od. γ, 17. β, 404. cf. Krueg. II, §. 59. 1. adn. 6.

Pindarum hoc genus omnino nusquam admisisse jam dictum est; ex locis, quos Dissenius l. c. p. 275 citat, priores supra generi adversativo tribuimus (cf. p. 31), tertius, Pyth. II, 40 sqq. *τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν, | ἑὸν ὄλεθρον ὅγ'. ἐν δ' ἀφύκτοισι γυιοπέδαις πεσὼν τὰν πολύκοινον ἀνδέξατ' ἀγγελίαν. | ἄνευ οἱ Χαρίτων τέκεν γόνον ὑπερφίαλον κτλ.* quam maxime diversus est a hujus generis vi; conjunctio omittitur, ut saepissime talibus locis apud Pindarum solet fieri, ubi pronomen adest.

Apud Aeschylum tanta est exemplorum copia, ut dubites, quaenam potissimum afferas.

Atque primum quidem praeclarum hujus generis exemplum praebet parodos fabulae Thebanae, ubi virgines vehementissimo terrore percussae versibus dochmiacis loquuntur. v. 78 sqq. *νεόκοτα θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη· | καθεῖται στρατὸς στρατόπεδον λιπών. | ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας· | αἰθέρια κόνις με πείθει φανεῖσ', | ἄναυδος σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος. | εἶλε δ' ἐμὰς φρένας δέος. ὅπλων κτύπος ποτιχρίμπτεται· | διὰ πέδον βοᾷ ποτᾶται κτλ.* Celerrime et cum summa vehementia haec omnia pronuntiantur. Sed longum est, plura exscribere, id vero liceat monere, quod summa cum arte poeta finxit. Nam inde a v. 116., postquam Jovis auxilium imploraverunt, *ἀλλ', ὦ Ζεῦ πάτερ, πᾶν τέλος ὃς νέμεις, | ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν*, animi illius tutela freti placantur, et oratio ipsa magis moderate et quiete fluit, nusquam vides asyndeton, cf. 120 sqq. *Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου | κυκλοῦνται· φόβος δ' ἀρείων ὅπλων. | διάδετοι δέ κτλ.* Sic usque ad v. 151. ubique reperis particulas interpositas. Tum vero denuo audito hostium oppugnantium strepitu oratio ad priorem intemperatam vehementiam redit. Conferas deinde Suppl. 825—835., — versus graviter corruptos —, Prom. 687. *ἔα, ἔα, ἄπεχε, φεῦ· | οὔποτ' οὔποτ' ηὔχουν | ξένους μολεῖσθαι λόγους εἰς ἀκοὰν ἐμὰν, | οὐδ' ὧδε δυςθέατα καὶ δύςοιστα | πήματα, λύματα, δείματ' ἐμὰν | ἀμφάκει κέντρῳ ψήξειν ψυχάν. | ἰὼ ἰὼ μοῖρα μοῖρα, | πέφρικ' εἰςιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.* Eum. 789 sqq. = 819 sqq. *στενάζω; τί ῥέξω; γελῶμαι πολίταις. | δύσοισθ' ἅπαθον. | ἰὼ μεγάλα τοι κόραι δυςτυχεῖς | Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.* ib. 837 sqq. = 870 sqq. *ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ, | ἐμὲ παλαιόφρονα κατά τε γᾶς οἰκεῖν | ἀτίετον, φεῦ, μύσος. | πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον. | οἰοῖ δᾶ, φεῦ. | τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς αὖ δύα; | θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ | Νύξ. κτλ.* Ag. 1125 sqq. *ἆ ἆ, ἰδοὺ ἰδού. ἄπεχε τᾶς βοὸς | τὸν ταῦρον· ἐν πέπλοισιν | μελαγκέρῳ λαβοῦσα μηχα-*

νήματι | τύπτει· πίτνει δ' ἐν ἐνύδρῳ τεύχει· | δολοφόνου λέβητος τύχαν σοι λέγω. ib. 1256 sqq. παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι. | ὀτοτοῖ, Λύκει' Ἄπολλον, οἳ ἐγὼ ἐγώ. | αὕτη δίπους λέαινα κτλ. — Adde Suppl. 736. ib. 180. Celerrimus ubique est orationis cursus, animi excitantur et perturbantur terrore (virgines Theb., chorus Suppl.), indignatione (Eum.), dolore et horrore (Casandra). Inspiciatur porro locus Eum. 117. Umbra Clytaemnestrae excitat Eumenides dormientes, ita, ut oratio paullatim vehementior fiat: v. 118 sq. μύζοιτ' ἄν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω· | φίλοις γάρ εἰσιν, οὐκ ἐμοὶ, προσίκτορες· v. 121 sq. ἄγαν ὑπνώσσεις | κοὐ κατοικτίζει πάθος· | φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆςδε μητρὸς οἴχεται. v. 124 sq. ὤζεις, ὑπνώσσεις· οὐκ ἀναστήσει τάχος; | τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά; Chorus deinde respondet: λαβὲ λαβὲ λαβὲ λαβὲ, φράζου. cf. etiam v. 133 sqq. 140 sqq. Prom. 265 sqq.

Quibus locis alios paucos adjungam hos: Sept. 60. στρατὸς | χωρεῖ, κονίει.[1]) ib. 340. ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει, | φονεύει, τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ. Summo cum vigore res describuntur. cf. Pers. 426. τοὶ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον | ἀγαῖσι κωπῶν θραύμασίν τ' ἐρειπίων | ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον κτλ. ib. 463. τέλος δ' ἐφορμηθέντες ἐξ ἑνός ῥόθου | παίουσι, κρεοκοποῦσι δυστήνων μέλη κτλ. Ag. 1410. δαμοθρόους τ' ἀρὰς | ἀπέδικες ἀπέτεμες, ubi orationis vehementiae multum detraheremus scribentes ἀποτόμως. ib. 1553. πρὸς ἡμῶν | κάππεσε, κάτθανε. Sept. 872. κλάω, στένομαι. Cho. 289. κικεῖ, ταράσσει. Ingens in his omnibus est vehementia, quae augetur abrupta orationis specie, quum duo fere ubique sint membra. Adde frgm. 64 a.[2])

---

[1]) Quiete vero oratio fluit in aliis locis, ubi conjunctiones omittuntur ad similitudinem, ut ita dicam, singulorum verborum enumeratorum, de quibus supra egimus. Paucos vero id genus locos videtur habere Aeschylus, veluti: Pers. 683. τίνα πόλις πονεῖ πόνον, | στένει, κέκοπται καὶ χαράσσεται πέδον; Prom. 447. οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην, | κλύοντες οὐκ ἤκουον. ib. 431. Deinde cum ἀναφορᾷ: Sept. 901. στένουσι πύργοι, στένει πέδον φίλανδρον. Pers. 585 sqq. οὐκέτι περσονομοῦνται, | οὐκέτι δασμοφοροῦσιν | δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις, | οὐδέ κτλ. Plerumque vero in ἀναφορᾷ repetit particulas, cf. Pers. 550 sq. Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, τοτοῖ, | Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ, et in antistropha v. 560. sq. νᾶες μὲν ἄγαγον, τοτοῖ, | νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ. Sept. 911 sq. σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ' ἔχουσι, | σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι. cf. Pers. 402. Cho. 431 sq. ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ', ἄνευ δὲ πενθημάτων κτλ. et in antistropha v. 436 sq. ἕκατι μὲν δαιμόνων, | ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν. denique frgm. 65 a. Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός, | Ζεύς τοι τὰ πάντα χὤτι τῶνδ' ὑπέρτερον.

[2]) Praeterea: Sept. 167. Pr. 691 ib. 665. Cho. 5. Eum. 159. Sept. 296.

Nec minus frequenter imperativi sic ponuntur, quorum e numero ingenti paucos tantum afferam. Sept. 31 sqq. *ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ, | πληροῦτε θωρακεῖα κτλ.* Prom. 56. *βαλὼν νιν ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει | ῥαιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.* ib. 58. *ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα.* ib. 392. *στέλλου, κομίζου, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν.* ib. 937. cum gradatione *σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί.* ib. 698. *λέγ', ἐκδίδασκε κτλ.* Suppl. 837. 851. *λεῖφ' ἕδρανα, κί' ἐς δόρυ.* ib. 534. 842. Cho. 725. cum *ἀναφορᾷ.* Eum. 130. de quo loco v. pag. 37. [1])

Denique huc pertinent interrogationes: Ag. 85. *τί χρέος; τί νέον; κτλ.* Prom. 561. *τίς γῆ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν | τόνδε κτλ.* ib. 115. Sufficiant haec, ne nimis diu in re satis vulgari commoremur.

Multo rarius videtur hoc genere uti Sophocles; eos autem locos, ubi admisit, summa cum arte formavit. Haec fere sunt ejus modi exempla (cf. Zielium p. 9 sq.). El. 1151. *οἴχεται πατήρ, | τέθνηκ' ἐγώ σοι· φροῦδος αὐτὸς εἶ θανών· |* deinde opponuntur per particulas adversativas *γελῶσι δ' ἐχθροί, μαίνεται δέ κτλ.* Duo membra cum gradatione Phil. 923. *ἀπόλωλα τλήμων, προδέδομαι,* tria eodem modo Aj. 890. *οἴχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι.* El. 1380. *νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω | αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι κτλ.*, quattuor El. 1234. *ἐμόλετ' ἀρτίως, | ἐφεύρετ', ἤλθετ', εἴδεθ' οὓς ἐχρῄζετε.* Quem locum Zielius comparat cum notissimo illo: abiit, excessit, evasit, erupit. Cic. Cat. 2, 1. [2]) „Duplex in hisce locis asyndeton invenitur, alterum inter tota membra *ἐμόλετ', ἐφηύρετ', | ἤλθετ', εἴδεθ'*, alterum inter singula verba *ἐμόλετ'* et *ἐφηύρετ', ἤλθετ'* et *εἴδεθ'*. Illud factum propter crescentem animi motum et laetitiam, hoc ut adventum et adspectum eodem temporis momento factum esse graviter significetur.“ Sed omnibus, quos attulit, locis (Cic. Cat. II, 1. Cic. Phil. I, 4. mereri, laudari, | coli, diligi, Sall. Jug. 101. fin. sequi, fugere, | occidi, capi [3])

---

[1]) Particulis conjunguntur imperativi i. a. Suppl. 419. 520. 873. eximia cum gravitate, Pers. 530. 699. 1046. 1054. 1062. Eum. 566.

[2]) De quo egregie Naegelsbachius l. c. pag. 289. in adnot. „Bei evasit setzt der Redner gleichsam noch einmal an, um das im ersten Asyndeton Gesagte nicht blos durch Fortsteigerung in der begonnenen Weise, sondern durch ein neues genus von Ausdrücken zu überbieten: er ist fort; er ist fort wie ein Dieb.“

[3]) Addere licet Xen. Hell. IV, 3, 19. *Συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας ἐωθοῦντο, |*

membra sunt aequali circuitu, deinde vero continuo ordine unum alterum sequuntur. Hic vero primum membrum constat e duabus vocibus, *ἐμόλετ᾽ ἀρτίως*, nam si vocem *ἀρτίως* a verbo *ἐμόλετ᾽* separare vis, vox *ἀρτίως* male inter membra asyndeti intercedit; deinde continuum membrorum flumen interrumpitur in fine prioris versus; denique satis artificiose mihi videtur Zielius excogitasse, membra *ἐμόλετ᾽* et *ἐφηύρετ᾽* conjuncta per sententiam opponi ceteris, *ἤλθετ᾽, εἴδεθ᾽*. Mea quidem sententia hoc loco verba *ἐμόλετ᾽ ἀρτίως* praemittuntur, deinde vero per asyndeton apponuntur *ἐφηύρετ᾽, ἤλθετ᾽, εἴδεθ᾽ οὓς ἐχρῄζετε.* — Affert praeterea locum Aj. 60. *ἐγὼ δὲ φοιτῶντ᾽ ἄνδρα μανιάσιν νόσοις | ὤτρυνον, εἰςέβαλλον εἰς ἕρκη κακά·*, ubi recte moneat eum esse sententiae nexum, ut *εἰςέβαλλον* significet id, quod instigatione (*ὤτρυνον*) effectum est; nisi forte *ὤτρυνον* et *εἰςέβαλλον* per gradationem posita sunt. — cf. Oed. R. 1496 sq. *τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; τὸν πατέρα πατὴρ | ὑμῶν ἔπεφνε· τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν κτλ.* Oed. Col. 130. *καὶ παραμειβόμεσθ᾽ ἀδέρκτως, | ἀφώνως, ἀλόγως.* Oed. R. 596 sq. cum *ἀναφορᾷ: νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται, | νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με.* Imperativi sic usurpantur.[1] Antig. 1037. *κερδαίνετ᾽, ἐμπολᾶτε.* Aj. 115. *χρῶ χειρὶ, φείδου μηδέν κτλ.* ib. 844. 988. Trach. 1257. Aj. 586. 844. 362., conjunctivi eadem significatione: Aj. 811. — Denique Oed. Col. 121. *προςπεύθου, λεῦσσέ νιν, | προσδέρκου πανταχῇ.*

De interrogationibus hoc modo usurpatis pauca monet Zielius l. c. pag. 8, ubi de *ἀναφορᾷ* agit, exempla in re notissima nulla afferens.

ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον, et ex Naegelsbachio l. c. Od. *ο*, 406. *εὔβοτος, εὔμηλος, | οἰνοπληθὴς, πολύπυρος.* Liv. 9, 6. confestim (Campani) insignia sua consulibus, fasces, lictores, ‖ arma, equos, | vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt. Aristot. rhet. 1, 1. p. 1355 b. — v. pag. 16. —

[1]) cf. Ziel. l. c. pag. 12.

Sed antequam disputandi finem faciam, liceat mihi breviter summam totius quaestionis ita exponere, ut quae cujusvis poetae generi dicendi propria videbantur esse, in unum hoc loco colligam. Atque etiamsi quis leges, quibus Homerus, Pindarus, Sophocles asyndeti usum temperaverunt, non ab omni parte accurate et perspicue cognitas et expositas esse censeat, tamen Aeschyleae dictionis proprias virtutes recte explicuisse videar.

Taceo vero de iis locis, quos generi explicativo adscripsimus, quippe qui omnibus scriptoribus aeque communes sint.

Atque primum quidem Homerus sicuti etiam ceteri, saepissime particulas omittit, ubi nexus sententiae aliquo modo indicatur pronomine aut adverbio. Eorum deinde generum, ubi posterius enuntiatum causam aut consecutionem affert, vix ullum in quieta oratione apud illum reperias exemplum. Interdum sententiam generalem aut enuntiatum majoris momenti ad ea, quae antecedunt, adnexum sine conjunctione apponit. Genus adversativum admittit sicut ceteri. Ejusdem vero sententiae aliis verbis repetitae vix pauca fortasse exstant exempla.

Tertium autem asyndeti genus, propter majorem vehementiam epicae orationi tranquilliori minus conveniens, interdum admisit, ubi animus ejus, quem loquentem facit, acrius permotus est.

Pindarus deinde omnia genera excoluit praeter id, quod nos tertio loco collocavimus. Cetera enim omnia variant orationem, alacritatem et propter incisiones frequentiores instantiam (si hoc verbo uti licet) et gravitatem ei afferunt. Pompae vero et sublimitati illius dictionis tertii generis acrimonia certe non est conveniens. cf. Dionys. Halicarn. de compos. verbor. vol. V. pag. 150. (Reisk.) *οὐδ' ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἐπιτηδεύει (ἡ αὐστηρὰ ἁρμονία), οὐδ' ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας, κατὰ ταῦτα δὲ πτώσεις, ποικίλη περὶ τοὺς σχηματισμοὺς, ὀλιγοσύνδεσμος κτλ. Ταύτης δὲ τῆς ἁρμονίας πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ζηλωταὶ κατά τε ποίησιν καὶ ἱστορίαν καὶ λόγους πολιτικοὺς κτλ. ἐν δὲ μελοποιΐᾳ Πίνδαρος· ἐν δὲ τραγῳδίᾳ Αἰσχύλος· ἐν δὲ ἱστορίᾳ Θουκυδίδης· ἐν δὲ πολιτικοῖς λόγοις Ἀντιφῶν.* id. de admir. vi dicendi in Demosth. p. 1073. (R.) *καὶ*

ταῦτα δ' ἔτι τῆς ἀρχαίας καὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας ἐστὶ χαρακτηρικά, τὸ μήτε συνδέσμοις χρῆσθαι πολλοῖς κτλ.

Aeschylus autem omnia genera creberrime usurpavit [1]), imprimis autem tertio maximum dedit ambitum. Ingens in illis locis est fervor et vehementia [2]), plurimi versantur in partibus lyricis, augetur haud raro vis rythmo dochmiaco.

Sophocles denique in universum haud ita longe ab Aeschylo recedit. Tertium autem genus multo rarius admittit. Tota enim Sophoclis dictio ab Aeschylea est diversa. cf. Dionys. Halicarn. de comp. verb. pag. 186. (R.) *ἡ δὲ τρίτη τε καὶ μέση τῶν εἰρημένων δυοῖν ἁρμονιῶν* (scil. *τῆς αὐστηρᾶς καὶ τῆς γλαφυρᾶς* v. pag. 170.), *ἣν κοινὴν καλῶ, σπάνει τε κυρίου καὶ κρείττονος ὀνόματος, σχῆμα μὲν ἴδιον οὐδὲν ἔχει, κεκέρασται δέ πως ἐξ ἐκείνων μετρίως, καὶ ἔστιν ἐκλογή τις τῶν ἐν ἑκατέρᾳ κρατίστων.* [3]) Enumerat deinde hujus generis scriptores p. 187. *μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος· τραγῳδοποιῶν δὲ, Σοφοκλῆς κτλ.* Ubi tamen Sophocles in oratione concitata tertio genere usus est, plerumque rythmus vulgaris trimetri manet, ut vehementia et abundans verborum vigor versus finibus contineatur, neve lyricorum rythmorum, praecipue dochmiorum commotiore flumine augeatur. Aeschylum quidem interdum minus moderate asyndeto uti neminem certe fugit, apud Sophoclem vero etiam in graviore affectu nihil invenias nisi modi et formae legibus accuratissime temperatum.

---

[1]) imprimis id, quod litera *e.* signavimus, in quo inest gravitas et sublimitas, cf. supra pag. 27 sqq.

[2]) cf. in universum de Aeschyli dictione, quae Schoellius collegit in Ritschelii ed. fabulae Thebanae, pag. 36 sqq., veluti Dioscorides (Anth. Pal. VII, 411.) ap. Schoell. p. 42. *Αἰσχύλος κτλ., ὁ μὴ σμιλευτὰ χαράξας | γράμματα, χειμάῤῥῳ δ' οἷα καταρδόμενα κτλ.*

[3]) cf. etiam orat. LII. p. 272. Reisk. — Auct. vit. Soph. al.

Gustavus Wolfgangus Godofredus Bromig

de vita sua.

Die XXVIII. mens. April. a. MDCCCLVIII. paucis diebus post mortem patris Gustavi, philosophiae doctoris, qui gymnasio Arnoldino Burgsteinfurtensi praeerat, natus sum Dusseldorpii, quo mater Maria e gente Grube ad parentes redierat. Fidei addictus sum evangelicae. Inter gymnasii Kieselio duce florentis discipulos receptus quum in primam classem pervenissem, cum matre Burgsteinfurtum, oppidulum prope Monasterium Guestfalorum situm, transmigravi. Unde auctumno a. h. s. LXXV. a Rohdewaldo gymnasii directore maturitatis testimonio instructus Lipsiam me contuli philologiae studiis operam daturus; uno anno post Georgiam Augustam adii.

Audivi Lipsiae: Ritschelium, Georg. Curtium, Fritzschium philologos, Brandesium historicum, Huebschmannum linguam sanscrit docentem, Ebersium aegyptologum, Hermannum et Seydelium philosophos; Gottingae: Sauppium et Ernestum de Leutsch philologos, Wachsmuthium et Nissenium historicos, Guil. Muellerum linguam tiutiscam docentem, Baumannum philosophum.

Praeterea Lipsiae exercitationibus proseminarii philologici Lipsio duce florentis et societatis graecae, cui praeerat Fritzschius, interfui per sex menses; Gottingae in proseminarium, mox in seminarium receptus usus sum disciplina Ernesti de Leutsch, Sauppii, Wachsmuthii, mox Diltheji per sex menses sodalis extraordinarius, per annum ordinarius. Nuper seminarii paedagogici sodalibus me adscripsit Sauppius. Societatis tiutiscae Muellero duce florentis exercitationibus interfui per annum.

Omnibus vero hominibus eruditissimis et humanissimis, qui me docuerunt, quid debeam, semper pia grataque memoria tenebo.